

9611

No 930.
1751, 20.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIDICA.
 S E L E C T A
 IVRIS RIGENSIVM CAMBIALIS
 C A P I T A
 E X P L I C A T A,
 ATQVE OBSERVATIONIBVS ILLVSTRATA
 EXHIBENS.

Q V A M
 ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV
 P R A E S I D E
 IO. GOTTLIEB SIEGEL. D.

IVR. FEVD. PROF. PVBL. ORD. ACADEM. SYNDIC.
 CVR. SYPR. PROVINC. ET CONSISTOR.
 LIPS. ADVOCATO

D. VIII. IVLII A. O. R. MDCCLI.

H. L. Q. C.

P V B L I C O
 ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
 A. E T R.

IOANNES BALTHASAR DE HÜCKELHAVEN.
 EQVES LIVONVS.

L I P S I A E
 E X O F F I C I N A B R E I T K O P F F I A



A
SON EXCELLENCE
MONSEIGNEUR
LE COMTE DE BRUHL
PREMIER - MINISTRE
PRÉSIDENT DE LA CHAMBRE DES FINANCES
ET DES MINES
DIRECTEUR GÉNÉRAL DES TAILLES ET ACCISES
CHEVALIER DES ORDRES DE L'AIGLE-BLANC
DE S. ANDRÉ ET DE L'AIGLE-NOIR,
GÉNÉRAL DE L'INFANTERIE
DE SA MAJESTÉ LE ROI DE POLOGNE
ELECTEUR DE SAXE.



A
SON EXCELLENCE
MONSIEUR
LE COMTE DE BRUHL
PREMIER-MINISTRE
PRESIDENT DE LA CHAMBRE DES FINANCES
ET DES MINES
DIRECTEUR GENERAL DES TAILLES ET ACCISES
CHEVALIER DES ORDRES DE L'EGLE-BLANC
DE L'EGLE-NOIR
OFFICIER DE L'ORDRE DE
DE SA MAJESTE LE ROI DE POLOGNE
ELECTEUR DE SAXE



MONSEIGNEUR,

Les Théses que j'ai l'honneur de
présenter à VOTRE EX-
CELLENCE, traitent une
matière intéressante pour un Mi-
nistre aussi attentif que VOUS, Monseigneur,
au bien public et à l'augmentation du commerce,
l'une des branches les plus avantageuses à l'Etat:
Ce Traité sera peut-être utile non seulement à
ma Patrie, mais aussi aux autres peuples, & en
par-

*particulier aux Saxons, qui trafiquent avec la
Livonie. Je serai suffisamment recompensé de mes
Etudes si le Public en retire quelque avantage, &
trop flatté du succès si Votre Excellence veut bien
en agréer les prémices comme un temoignage public
du profond respect avec lequel j'ai l'honneur
d'être,*

MONSEIGNEUR,

De Votre Excellence

Lei pzig, le 4 me de Juillet

1751.

*Le très humble & très obéissant
Serviteur*

de Hückelhaven.





DISSERTATIO IVRIDICA
SELECTA
IVRIS RIGENSIVM CAMBIALIS
CAPITA
EXPLICATA,
ATQVE OBSERVATIONIBVS ILLVSTRATA
EXHIBENS.

CAPVT I.

§. I.



um vires ingenii periclitaturus specimen academicum edere mecum constituerim, vt hoc de *Iure Cambiali Rigensium* argumentum eligerem, rationes sāt praegnantēs me impulerunt. Principio memor illius, quod *Scaeuola* dixit: *Turpe esse ius ignorare, in quo quis versari velit*, ab eo tempore, quo iurisprudentiae operam dedi, hanc mihi legem dixi, vt *Ius patrium cum Iure Ciuili* indiuulso nexu coniungerem.

A

Post

Introitus, scopum opusculi indicans.

Post me cumprimis illis legibus addiscendis mancipavi, quas vsus commendat. Cum ergo in nobilissimo emporio hanc lucem adspicere mihi contigerit, ibique frequentissimas lites ex negotiis maritimis atque cambialibus subnasci deprehenderim, iura quoque, quibus hae causae diriguntur, singulari cura cognoscenda atque excolenda credidi. Accedit his materiae dignitas et Legum variantium iucunda collatio, quae, nescio quo fato, incredibile eas cognoscendi desiderium in me excitarunt. Lipham ergo delatus, id quod dudum animo agitaueram, ipso facto praestare decreui, atque lucubrationes has de *Iure Rigensum Cambiali* in chartam conieci, eas, quas de iure maritimo colligere coepi, observationes, in aliud tempus reseruaturus. Equidem satis audacter id negotii suscepisse vel ideo videri poteram, quia neque fori patrii experientia subactus, neque eorum, quae solo vsu et consuetudine nituntur, cognitione instructus, hanc spartam suscepi. Verum quemadmodum apud aequos rerum censores pronus in iuuentutem fauor esse solet; ita mihi quoque tritum illud prouerbum suppetias feret, quo in rebus arduis et voluisse satis esse putatur. Vt vero institutum rite exsequar, hanc ordinis regulam seruandam constitui: Praemittam pauca de *Legibus Rigensum*, post omnia, quae ad rem cambialem faciunt, certis capitibus comprehendam et, adscriptis LL. fragmentis, succincta commentatione selectisque observationibus illustrabo. A T V A ergo L. B. aequitate exspecto, vt primum hoc industriae meae specimen in meliorem partem accipias, et sincerum doctrinae vtilissimae adiuuandae studium probes. Quod si hoc abs T E impetrauerim, sedulo enitar, vt et alterum de iure maritimo opusculum qualemcunq; rerum bene agendarum curam testetur.

§. II.

Princeps urbium *Liouoniae*, *Riga*, nobilissimum maris Balthici emporium, olim, et ni fallor Saeculo XII. exstructa, per mercatorum Bremensium et Lubecensium cum primis nauigationes incrementa coepit insignia, caeteroquin varia ob Archiepiscorum et Equitum Liuonicorum s. Ensisiferorum contentiones fata experta fuit. Institutum non patitur origines *Patriae* dilectissimae curatius eruere, et, quod ab aliis iam praestitum est, repetere. De *Legibus* saltim, quibus *Rigenses* vtuntur, pauca praefari ad scopum meum facere videtur. Equidem nemo dubitabit, Rigam ex quo ciuibus, commerciis, opibus abundare coepit, *Legibus* et *Magistratibus* firmatam fuisse. Quis enim ciuilem societatem conseruari posse crederet, quae his fulcris destituta velut in incerto fluctuat. Sed an scriptis LL. vsa fuerit, an ipsa illas condiderit, aut ab aliis conditas receperit, an eas ab Ordinis Magistris aut Archiepiscopis praescriptas admiserit, disquisitionem mereri videtur. An hanc spartam susceperit *Friedricus Menius* in *Prodromo Historico Iuris Liuonici*, susceptamque rite instruxerit, aliorum esto iudicium. Cum extra Patriam constituto et iter meditati subsidia ad pertexendam Iuris patrii historiam necessaria desint; L. B. hoc velut symbolo collato contentus, exactiorem huius argumenti pertractationem, atque adeo curas posteriores a me forsitan in posterum expectabit. Scilicet *Ius Wisbycense* olim Rigam, non maritimum solum, sed etiam ciuile, quod sub appellatione des *Wisbyschen Stadt-Rechts* veniebat, et *Libros. XI.* complectebatur, recepisse certissimum habetur. Iuris huius aequitatem et prudentiam iam alii copiose laudarent, nec adeo mirum videtur, eiusdem vsum et auctoritatem longe lateque propagatam fuisse, eadem, vt *Leges Olenoneses*, ratione applausum multarum gentium obtinuerunt.

L. L. Rigensium Cambiales indicantur.

Accedit etiam, quod *Albertus*, Episcopus Rigenfis a Pontifice *Honorio III.* Anno MCCXXIV. impetraret, vt *Guilielmum de Sabaudia*, primum Episcopum Mutinensem, post Sabinensem et Cardinalem, legati munere et potestate instructum in *Liouoniam* mitteret. Ab hoc *Rigenfes* non solum vt suis legibus vterentur, sed vt easdem etiam mutare possent, obtinuerunt. Superest alia Lex Rigenfium de anno MCCCLXXVI. quam vulgo: die *Bauer - Sprache* dicunt. Ex his vetusti iuris monumentis Anno MDCLXXII. collecta fuerunt *Ciuitatis Rigenfis Statuta*, quibus illa adhuc hodie vtitur, quae licet bina vice confirmationis causae *Holmiam* transmissa fuerint, expressa tamen, quantum ego noui, adhuc deest confirmatio. Prodiit vero singularis *Regiae Maiestatis Suecicae Constitutio*, Anno MDCXCV. qua nonnulla litium abbreviandarum causa mutata sunt, quae Rigae quoque publicata seruat. Prodiit et iam An. MDCLXXI. specialis de *Iure Cambiali* Constitutio, quae vna cum *Statutorum* Lib. V. Tit. VIII. Leges Rigenfium cambiales ea ratione constituit, vt Statuto primae semper partes in iudicando deferantur, omiffa vero in eodem ex Constitutione Suecica suppleantur. Postquam Riga cum tota Liouonia in ius ac potestatem Potentissimi atque Augustissimi Rufforum Monarchae *Petri I.* gloriosissimae memoriae tranfiit, Riga LL. fuarum et Priuilegiorum ab Ipfo, eiusque Successoribus confirmationem clementissime impetrauit, adeo, vt, quod rem cambialem attinet, ne quidem Ruffica de Cambiis noua legislatio Rigenfibus vsum praestet.

§. III.

De quibus
cambiis Ius
Rigenfe dis-
ponat, expli-
cans.

Principio, de quibus cambiis LL. *Rigenfes* disponant, dispi-
ciendum videtur. Species plures vocem *Cambii* denotare, in
vulgus notum arbitror. *Cambire* iam veteribus idem fuit, quam
per-

permutare. (a) Permutatio vero pecuniae cum vario modo procedat, eam pecuniae permutationem, quae interueniente certo pretio fit, et qua aliud nummorum genus redditur, quam quod datur, huc prorsus non spectare nobis, persuasum habemus. Dicit illa solet *Cambium minutum* (b), et inter mercatores propter nummorum diuersam bonitatem et valorem frequenter celebratur. Aliud indicat *Artic. I. §. 1. Constitutionis Suecicae*, ex quo cognoscimus, eandem de *Cambio alieno* siue *locali*, agere. Est illa nobilissima cambiorum species, *Romanis* non prorsus incognita (c), *Italis* cum primis culta, et propter commodam pecuniae de loco in locum transcribendae rationem, commercii exercendis maxime proficuum, inculcissimis *Europae* regnis et rebus publicis usurpata. Hoc *Cambium locale*, quod et *trassati Cambii* appellatione, voce sine dubio ab *Italis* adsumta venit, illam denotat conuentionem, qua quis pecuniam alteri dat, vt illam ab alio, in loco conuento intercedentibus litteris cambialibus recipiat. Et hoc ipsum non definitio solum *Artic. I. §. 1.* allata, sed quae §. 2. de personis in negotio cambiali occurrentibus posita loquuntur, luculenter euincunt.

(a) Vid. FRANCKII *Institut. Inu. Camb. L. I. Sect. I. Tit. 2. et 5.* et Celeberr. AVRERVS in *Diatribe de Cambial. Institut. Vestigiis apud Romanos §. XI.*

(b) Vid. HEYDIGER in *Der Einleitung zum Wechselrecht, Cap. I.*

(c) Vid. B. HEINECC. *Disp. de vitiis Negot. cambial. c. I.*

§. IV.

Quod quamuis satis certum esse deprehendatur, inde tamen neutiquam concludendum arbitror, in foro patrio cambia propria dicta exulare, et extensiones obligationis iuris quae cambialis ad alios contractus, quae in *Germania* saepius ad firmandam pactio-
 An Ius Ri-
 gensis de Cam-
 biis propriis
 et clausula
 cambiali
 agat ?

bus iuris collybifici scriptoribus, vt cambia propria ad incrementum commercii omnino faciant, omnisque conuentio *Clausulam Cambialem* admittat. Sic contractuum formulis frequenter inseri videas: Es soll diese Verschreibung die Kraft und Wirkung eines Wechselbrieses haben, vel. Es verbindet sich der Debitor nach Wechselrecht. *Cambiorum propriorum* mentionem in *Constitut. Suecica, Art. 1. §. 2.* factam legimus in verbis: Wenn der Wechselgeber einen Wechsel auf sich selbst giebt, denselben zu bezahlen. Additur ibidem: Bey allem diesem Unterscheid der Zahl der Personen, muß doch der Wechselbries nichts an seiner Kraft verlieren. *Palliatum* hoc Icti nonnulli *cambium* (a) vocant (b) et generalem hanc stabilemque constituunt regulam: *Quod, qui nexui cambiali se subiicit, vi conuentionis secundum rigorem cambiale iudicetur* (c). Idem de clausula cambiali tenendum, quam *Ius Rigense* non improbat, quum cambiorum valore, generatim agnito, vis huius clausulae vna agnoscat, quod in *Marchia Brandenb.* factum esse constat (d). Adstipulatur huic assertioni argumentum, quod *Ius Rigense Statut. Lib. II. tit. 12. §. 3.* suppeditat, vbi ex documentis guarentigiatis, quod etiam in *Saxonia* et alibi receptum, executiua procedendi ratio actori indulgetur, quo ipso adiectae quoque in maiorem securitatem clausulae et cautiones prono consecutionis nexu defenduntur. Si, quae sit huius clausulae vis, quivue effectus, requiras, plerique regerunt, eandem illam cum litteris cambialibus virtutem, quoad executionem producere, quoad exceptiones vero aliquam adhuc inter vtramque obligationis formam superesse differentiam. Scilicet clausulam hanc indolem contractus, cui adiicitur, non mutare, asserunt. Quo posito, nec exceptionem non adimpleti contractus, vel non numeratae pecuniae virtuale hoc cambium tollere creditur. Aliud in *Electoratu Saxoniae* statuendum siquidem

quidem Ord. Rec. non solum (e), exceptionem non numerata pecuniae in processu executiuo, nisi in continenti sit liquida, penitus opponere prohibet; sed iuris etiam cambialis promptam executionem contra illos, die sich nach Wechselrecht verschrieben, oder welche sich nach Wechselrecht verbindlich obligiren können, decernere iubet. Caeterum quilibet facile perspicit, amplificatum iuris cambialis usum mores saeculi degenerantis produxisse, quos in peius subinde ruere et velut ecurato fidei seruandae studio ad creditores turpiter decipiendos inclinare, experientia docet. Vnde effectum arbitror, vt in *Anglia* vtriusque *Parlamenti* consensu et suffragio (f) sub initium huius saeculi cautionibus obligatoriis et assignationibus effectus executionis cambialis tributus fuerit (g).

(a) Solent propria cambia etiam *Sicca* vocari et ad obligationem soluendi firmandam ob executionis rigorem adhibentur. In quibusdam legibus cambialibus penitus improbantur. Ne desint exempla conf. *Ord. Camb. Viennens. Art. 54. Rescript. Camb. Danic. d. d. 16. Novembr. 1731. Pontifices quoque PIVS IV. in Constit. d. a. 1564. et PIVS V. in Constit. d. a. 1571. haec cambia inualida declararunt. Alibi illa approbantur. Vid. Allgemeines Preussisches Wechselrescript, art. 3. Hamburger W. O. art. 32. Russische W. O. Cap. III. Formular. 5.*

(b) Vid. *SCHAVMBURG in Princip. Praxeos. Iudic. L. II. Cap. 3.*

(c) Conf. *MENKEN ad D. Lib. XIX. tit. 6. §. 15.*

(d) Vid. *FRANCKII Inst. Camb. Lib. II. Sect. 7. tit. 21. §. 8.*

(e) In *Append. §. 4. 8. 11. et 12.*

(f) Excellent. *RIVINVS in Disp. de clausula camb. §. 35.*

(g) Addere hic placet in eundem sensum conceptam Constitutionem ex L. L. Saxon. Ita enim loquitur das *Marktrescript d. a. 1660.* daß hinführo unter Kauf- und Handelsleuten in bekennlichen oder in continenti erwetslichen Schulden der Debitor einiger bürgerlichen oder Sächsischen Frist auf Anführung des Gläubigers baare Bezahlung leisten, oder annehmliche Versicherung und Gestalt machen. Im Fall er aber deren keines vermöchte, also bald in Gehorsam gehen, und darinne so lange verbleiben solle ic.



CAPVT II.

§. V.

Caput II.
De personis
cambium
contrahenti-
bus.

Ad haec proxime accedit, vt de personis quoque, cambium contrahentibus, exponamus, et an *Ius Rigense* singularia quaedam, huc pertinentia, seruet, inuestigemus. Duplex hoc loco occurrit consideratio, altera, quae personae hos contractus celebrare, seque nexui cambiali subiicere queant; altera, quot personae ad negotium cambiale constituendam requirantur? Prodest ergo generali regulae insistere, et eum, qui sese obligare valet, cambialis quoque nexu vinculo obstringi posse, asserere. Quamuis potissimum mercaturae causa cambiorum iurisque rigidioris vsus inualuerit; perspecta tamen rei vtilitate, iuris effectus et litterarum cambialium securior cautio aliis quoque personis causisque applicari coepit (a). Nec aliam doctrinam *Ius Rigense* sequi inde patet, quia neque *Statutum* neque *Constitutio Regia* cambia ad solos restringit mercatores, sed *Serenissima Suecia Regina* potius conceptis profitetur verbis: Sie habe insonderheit vor eines jeden darauß fließenden Nutzen und Wohlfahrt vornommen; et porro: Wir befehlen und gebieten hiermit in Genaden unsern getreuen Unterthanen, wie auch allen andern, die in unserm Reiche und denen dazu gehörigen Herzogthümern, Landen und Herrschaften sich niederlassen, wohnen und aufhalten. Ex qua generali verborum forma non potest non argumentum sat validum de vniuersali obligatione cambiali, nullibi restricta, enasci. Si quae forte quoad certas personas aut subditorum ordines nouioribus temporibus mutata fuerint, de his alii, quos experientia et rerum vsus instruit, rectius statuent. Id certissimum videtur, eandem regulam in compluribus locis, vbi ius cambiale introductum fuit, seruari. Sic in *Lege Cambiali* Borussica d. a. 1684. §. 35. cau-

cautum: Schließlich soll vorgeschriebenes Wechselrecht nicht allein unter Kaufleuten, sondern auch unter allen denjenigen statt haben, so sich der Wechselbriefe, es sey unter was vor Präterit es wolle, bedienen, und von sich stellen, sie mögen seyn, von was für Condition sie wollen. Idem sancitum deprehendo in *Lege Cambiali Gedanensi* d. a. 1700. §. 38. (b).

(a) Vid. BARTHIVS in *Hodogeta forensi* p. 670. et 723.

(b) Conf. LVDOVIC. in *Proc. Camb. C. I. §. 4.*

§. VI.

Haec, quae dicta sunt, locum habent, nisi probetur exceptio. Dari enim obligationis cambialis in certis personis limitationes, plures diuersarum prouinciarum *L. L.* comprobant. Non ingrata *L. B.* operam me suscepturum arbitror, si singularia nonnulla, breuiter tamen et primas saltem lineas ducendo, ne vbiuis obuia et *L. L. Rigensibus* non tacta, obtorto velut collo huc traxisse videar, in medium produxero. Contra minores suis auspiciis mercaturam exercentes rigorem cambii locum tueri, satis exploratum credo. Id enim negotiationis et commerciorum fauor non tam suadet, quam vrget, vt mercatores, obligatione cambiali contracta, citra aetatis respectum teneantur. Confirmant hoc ius singulare multorum emporiorum leges. Irrita vero minorum cambia *Ius Hamburgense* (a) *Marchicum* (b) et *Magdeburgense* (c) pronunciat. Moris quoque insuper est in locis compluribus, vt inter mercatores non recipiantur annorum defectu laborantes, nisi venia aetatis a principe impetrata, qua cautione efficitur, vt nulla minorennitatis habeatur ratio. Singulare prorsus est, quod de cambiis minorum in *Electoratu Saxoniae* sancitum deprehendo. Aetatis enim maioris terminum, quem *Saxones* anno *XXI.* fixum seruant, ratione cambiorum *Lex* noua ad annum vsque *XXV.* prorogauit, irritaque

Quaedam personae exceptae vt minores.

declarat cambia intra hanc aetatis metam exposita, mercatorum autem et peregrinorum literae cambiales merito excipiuntur. Si de mercatoribus minorennibus nihil expresse cautum, nec obseruantia loci, vbi res agitur, horum obligationem definiat, procul dubio ius commune seruandum est, quod minorum actus, absque curatorum consensu susceptos inualidos reddit, aut quocunque modo laesis in integrum restitutionem indulget, et cambia minorum infirmat. Cumque *Rigenses*, deficiente iure patrio, ius romanum sequi soleant, facile patet, huius iuris vsum ad illorum cambia in hac specie adplicandum esse.

(a) *Ius Camb. Hamb. Art. 48.*

(b) *vid. Ius Camb. Brandenburgic. Art. 6. cui autem derogatum in iure cambiali nouiori Brandenburgico Art. V.*

(c) *vid. Ius Camb. Magdeb. Art. V.*

§. VII.

Et filius familias.

Cum cambia causam mutui ex plurium opinione saepissime defendant, ex eoque originem trahant, et filios familias ius ciuile a mutui obligatione per *Senatusconsultum Macedonianum* liberet, (a) eos etiam ex cambiis propriis, neutiquam teneri, consequitur. De trassato vel acceptato cambio aliter sentiendum. Aliis enim obligationum titulis filios valide obstringi, leges loquuntur. (b) Quemadmodum si filius permittente patre peculium atque mercaturam exerceat, nemo, eum ad *SCI* beneficium recte prouocare, facile dixerit. (c) Proinde, et talis filius familias ex cambio, recte conuenitur. Exemplum in promptu est. Ita enim *Ius Dantiscanum* (d) Welche noch an des Vaters Tisch und unter väterlicher Gewalt leben, und daher vermuthlich keinen Handel noch Wechsel treiben, wenn sie gleich Wechselbriefe von sich gestellet oder acceptiret hätten, mögen sich wieder solche

solche Wechselbriefe, und darein enthaltne Schuld, als ein mutuum palliatum mit dem Scto Macedoniano schützen. Inde a contrario sensu colligitur, filium patre permittente contra- hentem omnino obligari. Prudenter ergo patres in Empo- riis nonnullis filium mercaturam exerciturum a sua potesta- te manumissione expressa liberare solent. (e) Nec milites aut clericos inter protestantes a negotio cambiali arcendos credo, nisi lege singulari a rigore et vsu huius iuris con- tractusque exclusi probentur. Nec resistit huic assertioni, quod clerici saecularibus negotiis constitutionibus pontifi- cum sese immiscere prohibeantur. (f) Quemadmodum enim longe alio iure protestantes vtuntur, nec clericos pe- nitus et vbique iurisdictioni saeculari et obligationibus ex contractibus ortis subtrahunt: ita nec aliud de cambiis asse- rendum, et in hunc sensum in variis *Germaniae* prouinciis ius dictum fuisse nouimus. (g) Hanc doctrinam eo certius sequendam arbitror, quia ipsi pontificii obligationem ex cambio oriundam effectu contra clericum destitui negant. (h) Accedit *Statutum Rigense*, quod Lib. III. Tit. 6. §. 4. ex chirographis liquidis et debitis confessatis arrestum personale decernere iubet. Quae lex, cum generalis sit, nec quem- quam excipiat, et eadem, qua in cambiis vtimur, executio- nis ratione contra debitores procedere permittat, eodem redire videtur, siue debitorem ex cambio, qua tali, siue ex chirographo obligari dicas. Interim ambigendum non est, debiti cambialis executionem dignitati et existima- tioni clericorum aliorumque, qui eodem statu gaudent, pa- rum conuenire. Satius omnino est, eos a negotio cambiali penitus arcere, quod in *Saxonia Electorali* factum est. (i) Eadem fere militum est ratio, idemque ius, quippe quos offi- cii, quod reipublicae praestant, conditio tam duris con- uentionum vinculis liberare suadet. (k)

An milites
et Clerici ex
cambio tene-
antur?



- (a) vid. L. 3. §. 3. L. 7. §. 3. D. de SCro Maced.
 (b) L. 39. D. de Oblig. et Act.
 (c) vid. L. 7. §. 1. D. d. SCro Maced.
 (d) conf. Danziger Wechselordn. §. 39.
 (e) STRYK. in usu mod. D. ad Tir. de Tribut. Act. §. 1.
 (f) vid. C. 15. et 16. X. de vir. et honest. cleric. Concil. Trid. Sess. XXII. c. 1.
 (g) BERGER in Electis Discept. Forens. T. V. n. 1. p. 134.
 (h) BOEHMER in Iure Eccles. Lib. III. Tit. III. p. m. 923.
 (i) vid. Ord. Process. Recogn. Append. §. II. BOEHMER. Disp. de Clerico debitore. p. 54.
 (k) vid. Ord. Camb. Brandenb. art. 4.

§. VIII.

An faeminae?

An faeminae cambia contrahere eo effectu queant, vt contra eas carcer recte decernatur, olim, cum ius cambiale inualescere coepisset, variae disputatum decisumque legimus. (a) Rationem dubitandi palmariam *Nouella CXXXIV. c. IX.* suppeditasse videtur, qua cautum creditur, faeminam propter debitum ciuile carceri mancipari neutiquam posse. Vnde deductum fuit dogma, vsu fori in *Germania* adprobatum, faeminam ne pacto quidem ad carcerem ex causa crediti sese recte obligare, nisi de iure singulari sibi competente satis edocta, eique consentiente curatore renunciauerit. (b) At enim vero in emporiis plerisque siue moribus siue statutis sancitum deprehenditur, vt mulieres siue separatim siue cum marito tanquam socia mercaturam exerceat, ex causa cambii recte obstringantur. Pertinent huc ex *Statutis Rigensibus Lib. III. Tit. V. §. 5.* verba, quae sequuntur. Was eine Kauf- und Handelsfrau, die offne Lade und Gewicht auch Elle und Maas gebraucht und Waare feil biethet, erhandelt und verkauffet, ist sie nebst ihrem Mann unverrücket zu haften und zu zahlen schuldig. (c) Equidem de cambio lex patria expresse non cauet; sed quis iuris paullo peritior negare auit, ex lege allegata argumentum pro valore cambialis obligationis faeminae mercatricis colligi

colligi posse. Confirmant haec aliarum ciuitatum statuta, eaque in fauorem commerciorum prudenter introducta loquantur. (d) Et in hunc sensum *Ius Lubecense Lib. I. Tit. X. Art. I.* de mulieribus inquit: Welche Kaufmannschaft, Handel und Wandel treiben, was dieselben geloben, das müssen sie halten und bezahlen. De negotio cambiali mulierum mercaturam exercentium in medium proferre placet *Ius Camb. Prussicum* in cuius *Art. XIII.* ita cautum legitur: Gleichergestalt müssen sich auch diesem Wechselrecht, sowohl ledige als verehelichte Weibespersonen unterwerfen, wenn dieselben entweder vor sich in eigener Handlung begriffen, oder denen Geschäften ihres Mannes vorstehen, ob es gleich ohne Bolkwort ihres ehelichen Consorten, oder ohne Einwilligung eines andern Curatoris und sonder Erinnerung ihrer weiblichen Privilegien und anderer Rechts- Wohlthaten geschieht. Et his ius prorsus singulare introductum videtur, et, quod mercatrices vere tales tenet ius cambii, etiam ad eas productum est, quae permittente marito eiusdem velut ministros mercatorios agunt. Quod vti ad alia loca non pertinet, ita dubium videtur, anne vxor pari cum marito obligationis vinculo ex cambio ab ipso trassato vel acceptato in iis locis teneatur, vbi vxor ad aes alienum a coniuge contractum exsoluendum obligatur, quamuis mercaturae focia haud sit? Cum rigor cambialis prorsus exorbitans sit, nec illo vxorem, quae eidem sese non subiecit, onerari posse videtur. Etenim viuente marito vxor pro eodem obligata pati quidem tenetur, vt executio in ipsius substantiam fiat et eo mortuo ab hereditate abstinere, bonaque communia creditoribus relinquere debet, caeteroquin, mariti hereditatem non suscipiens, eiusdem facta neuiquam praestare compellitur. Reliquas, quae in hoc argumento occurrunt, disquisitiones speciales, a iuris cambialis interpretibus ex-

positas et in *Lege Rigenſi* nec tactas nec decifas, lubens volensque praetermitto, nec dubito, quin illae ſecundum ius commune aut vulgares fori mercatorii conſuetudines diiudicandae veniant.

(a) LVDOVICI Dſp. de muliere cambiante.

(b) CARPZOV. ad *Conſtit. Eleſt. Sax. XXI. P. II.*

(c) *Conf. Statut. Hamburg. P. II. Tit. I. Art. I.*

(d) MARQVARD. de *Iure Mercat. Lib. I. Cap. XII. n. 6.*

§. IX.

An heredes in-
re cambiali
obligentur?

Reſtat in hoc ſtadio decurrenti, vt de tranſitu obligationis cambialis ad heredes exponam. Nec *Statutum Rigenſe* nec *Conſtitutio Suecica* hoc problema conceptis definiunt verbis. Et quod heredes attinet, ratio non minus naturalis, quam ciuilis iuris diſpoſitio eodem ad facta defuncti praestanda obligat. Nec quenquam dubitaturum arbitror, quin Cambio a defuncto expoſito vél acceptato ſatis facere, fidemque eiusdem liberare, heredes obſtringantur. Omnes ergo actiones ex facto defuncti ortae eiusque morte non exſtinctae contra heredes dantur, (a) ſed de executione contra heredem debitoris arreſto perſonali perficienda quaeritur? Affirmatiuam ſententiam forum *Magdeburgenſe*, *Guelferbitanum*, et *Gedanenſe* tueri, leges teſtantur, (b) adeo, vt nec *ſpatium deliberandi* heredibus concedatur, ſed aut ſoluere aut repudiare hereditatem aut arreſtum pati teneantur. Alibi aliter ius dicitur, et executio in bona hereditaria, decernitur. Certe ſi de adita hereditate eaque ſatis idonea iam conſtet, aut liquida aditionis in promptu adſit probatio, extra caſum ſpecialis ſtatuti, nihil obſtat, quo minus heredem eodem, quo defunctum, iure cenſeamus. Nec contrariam ſententiam argumentum, quod diſſidentes vrgent, ſat ualide tueri uidetur. Dicunt, heredem ſuccedere

iii



in defuncti bona, illisque obligationibus teneri, quarum obiectum maxime bona constituunt, neutiquam vero illis obstringi, quae solam debitoris personam respiciunt, afficiuntque. Probari hanc doctrinam exemplo contractus mandati, societatis, atque tutelae, credunt, idque ad cambia eo certius applicandum putant, quia posita durioris ex cambio obligationis in heredes transiitione, nemo facile onus hoc hereditarium rigidumque aditae hereditatis effectum suscepturus sit. Quemadmodum vero obligatio cambialis bonorum conservationem quam maxime intendit, et personam intuitu horum obstringit; ita ad exempla adducta frustra prouocari solet, quippe in quibus propter electam personae industriam morte conuentio expirat. Quin potius certum est, morte debitoris obligationis indolem nec mutari, nec in persona heredis temperari, nisi alia legis definitio doceatur.

(a) L. 37. D. de acquirenda vel omittenda heredit.

(b) conf. Ius Camb. Guelferbitanum Art. IV. Magdeburgense. Art. IV. Gedanense. Art. V.

§. X.

Denique contractui cambii sponforem interdum accedere, experientia nos edocet. Id in cambiis propriis frequentius, quam trassatis contingere, non ambigo. Sed etiam in trassatis cambiis fideiuffores occurrere, Auallum, in Italia (a) cum primis vsitatum, probat, quo quis mera nominis subscriptione cambii implementum in suam fidem recipit. An in cambii acceptatione, quae ab alio, quam trassato, in honorem trassantis fieri interdum solet, fideiussio lateat, aliorum esto iudicium. De hac cambii acceptatione Iuris Rigenfis sententiam conuenienti loco dabo, hoc saltem annotasse sufficit, in iure patrio de fideiussione cambiali vera nihil prorsus occurrere, inde colligendum, de sponso-

An fideiussio.
res.

sponsoris obligatione ex generalioribus iuris cambialis principiis statuendum esse. Quemadmodum ergo tam in propriis quam transactis cambiis et in his pro valuta, pro solutione pecuniae ab acceptante praestanda, denique pro cambiis indossamento et toties, quoties creditoris interest, fideiussio admittitur, immo in cambiis non acceptatis et ad transactam redeuntibus *Iure Cambiali Prussico*. omnino. §. XXX. expresse requiritur; ita haec vel extra litteras cambiales, vel in illis promissionem subnotando, fieri potest. Qui priori modo intercedunt, iure cambiali non tenentur, sed ordinaria processus ratione, aut, si scripta a sponsore cautio exposita fuerit, executivae conveniuntur. Et id indicare mihi videtur *Ord. Camb. Gedanensium*, quando illa, cambii solutione non secuta, transactam ad indemnitatem praestandam obligari asserit, iubetque: in Ermanglung gültlicher Vergütung, auf ihn, seine Bürgen und Unterpfande executivae, jedoch mit cedirung des auf den Acceptanten habenden Rechts, zu erfahren. Si fideiussor in ipsa cautione cambiali intercessionem adscripserit, illum cambiali rigori subiiciendum, plerique arbitrantur. Sed ab hac sententia *ICTos Saxonicos* antea secessisse, forsitam solos, deprehendo. Ita enim *Bergerus (b)* subduxit: *Aliud esse se obligare pro debitore, aliud se ipsum quoque cambii iure obligare. Fideiussionem stricti iuris esse, et non esse credendum, obligationis cambialis circumstantiam non expressam in persona fideiussoris esse repetitam.* Quare formulam cautionis his conceptam verbis: *Obige Post verspreche zu bezahlen, wenn der Schuldner manquirt, executionem cambialem neutiquam operari, sed simul vocem cambii, vorstehenden Wechselbrief, vel ius cambii, nach Wechselrecht addendum arbitrantur.* Sed quemadmodum ex obligatione principali diiudicatur accessoria et ex cambii subscriptione a fideiussore facta eiusdem in nexum

nexum cambiale consensus recte colligitur; ita nunc in *Electoatu Saxonico* euenit, ut reiecta, quam retuli, sententia, sola cambii subscriptio sponforem ad rigorem iuris cambialis adstringat. Placet verba legis nouae (c) ipsa, hunc in sensum expressa, subiicere: Auf gleiche Weise ist es auch zu halten, wenn jemand unter einen von dem andern an den dritten ausgestellten Wechselbrief schreibt, daß im Fall der Aussteller desselben die Zahlung nicht leistete, er selbst bezahlen, und dem Creditori Vergnügen thun wolle, ob er gleich nach Wechselrecht ausdrücklich sich nicht verschrieben.

(a) Vid. *Ord. Camb. Bononiens.* §. 14.

(b) In *Electis Process. Excecut.* §. 52.

(c) Vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. in Append.* §. 13.

C A P V T . I I I .

§. XI.

Sed cum *Leges Rigenses* maxime de cambiis trassatis agunt, de his vt agamus earumque indolem curatius exponamus, instituti ratio et scopus requirere videtur. *Constitutio Suecica*, ex qua *Rigae* ius dicitur, quatuor personas *Art. I.* quae in cambio trassato occurrunt, refert. Sed haec in vulgus nota explicatione non indigent. Interdum tres saltim personas cambiali negotio innecti, experientia et *Lex allegata dict. Art. §. 2.* docent, quando id euenire ait: Wenn der Wechsel entweder seinen Namen zu Annehmung der Gelder einführen läset, und solchergestalt sein eigen Mann bleibt, quo casu remittens et praesentans est vna eademque persona. Alium addit *Lex dicta* casum his verbis: Oder machet den Wechselbezahler zu seinem Mann, und läset ihn sich selbst bezahlen, in qua conuentionis specie trassans et praesentans vnam personam conficiunt. Itaque stilus duci solet: Der

C

Herr

Cap. III.
De indole et
forma Cam-
bii.

α) Quot per-
sonae in eo-
dem occur-
rant.

Herr zahle an mich. Interdum trassatus et praesentans vna funguntur persona, vbi formula adhibetur: Der Herr bezahle an ihm selbst. De hac cambii specie sequentia connotavit auctor vsus cambialis Amstelodam. (a): Wenn jemand an ihm selber zu bezahlen betraffiret wird, und er die W. B. von Rechnung desjenigen, vor den der Brief trassirt ist, nicht annehmen will, so kann und muß er (wann Remittent eine andere Person als der Trassirer ist), als Inhaber wider sich selbst protestiren, eben also auch, wenn der Brief an einen andern lautet, muß einen formalen Protest wegen non-acceptation machen lassen, auch selbigen nebst dem Briefe an denjenigen, der an sich selbst remittiret hat, zurück senden, idque ideo inualuit, vt trassatus indemnitate petitionem contra trassantem sibi seruet. In quibus aliis casibus autem vnus duplicem in hoc negotio sustinet personam, auctor allegatus l. c. eleganter explicat. Sed redeundum est ad *Legem Suecicam*, quae hunc in modum coeptam pertexit telam: Wie es sich denn auch wohl bisweilen, doch selten zutragen kann, daß nicht mehr als zwey Personen genennet werden. Et ad haec illustranda duas in medium profert species; primam his conceptam verbis: Wenn der Wechselgeber entweder einen Wechsel auf sich selbst giebet, und dessen Inhalt einen andern an einem gewissen Orte, wo er sich zu der Zeit nicht aufhält, zu entrichten verspricht. His verbis, cambium proprium exprimi, supra §. IV. iam demonstratum dedi. Secundum casum tradunt verba sequentia: oder auch zu seinem eigenen Behuf den Wechselzahler aufträgt, daß er sich selbst bezahlen möge; qui optime ex allegato autore vsus Amstelodam. explicari potest. Plures quam quatuor personae in cambiis trassatis per indossamentum occurrunt, de quo suo loco plenius exponam. His adductis *Lex Suecica* demum addit: Bey allem diesen Unterscheid der Zahl der Personen muß doch
der

der Wechselbrief nichts an seiner Kraft verlieren, sondern bleibt gleich gültig und vollkommen, so daß eine Person alsdenn für zwey gerechnet wird, dessen Stelle er vertritt. Inde colligimus, numerum personarum ad substantiam conventionis nequitam pertinere, nec ad augendam vel minuendam cambii contracti obligationem quidquam conferre. Siue ergo vim cambii actiuam, siue eiusdem non adimpleti effectum in petenda indemnitate consideres, siue rigidam et executiuam executionis rationem respicias, tantum valet negotium inter duas vel tres, quantum inter quatuor personas contractum.

(a) Vid. IOH. PHONSEM in Amsterd. Wechselgebrauch, c. XXXVI. §. 19.

§. XII.

Quin ergo cambium legitime contractum obliget paciscentes, nemo rerum ciuiliu peritus negabit. Sed quam conventionis speciem illud exprimat, et quale in quavis persona hoc negotio obstricta, obligationis fundamentum occurrat, ex eiusdem scopo et conventionis forma elucefcit. Nubem mihi pro Iunone captare et operam perdere videntur, qui anxie disquirunt, ad quam contractus speciem, quae iure romano traduntur, cambium referri debeat. Sola nobis ad obligandum sufficit pactio, et totum hoc negotium sola aequitate naturali, et gentium, et mercatorum consuetudine, non iuris romani institutis, regitur. Ne vero opusculo principia deesse videantur, mixtum hunc esse contractum, et varium obligationis fundamentum ex cambio trassato nasci, arbitrör. Cum enim alter pecuniam offerat pro cambio, alter eam recipiat, et litteras collybificas vel vicissim tradat, vel sese traditurum promittat; sequitur, pecuniae solutione, et scripturae, quam *Trattam* vocant, datione conventionem constitui, aliudque esse ipsum *contractum*

ß) Consideratur negotii cambialis natura.



cambii, aliud *paſtum de cambio contrabendo*, quod uti ad praestanda promissa obligat, actionemque producit, ita inde colligo, contractum cambii principalem cambii datione perfici atque adeo non inepte ad reales referri. Inane est, an haec pactio locatio sit, disquirere. Nec illi consultius agunt, qui contractum: do, ut des, aut permutationem adesse fingunt. Sufficit, utrumque contrahentium ex mutua consensione obligari. Intercedit inter trassantem et trassatum ortum ex mandato vinculum, quod, uti licite a trassato recusari potest, ita semel cambii acceptatione susceptum non solum efficit, ut trassatus praesentanti nouo conuentionis nexu ad soluendum obstrictus habeatur, sed trassantem quoque ad restituendum, quod solutum est, obligat. Haec obligationis fundamenta partim deficiunt, si inter pauciores, quam quatuor personas negotium geri contigerit. De harum vero personarum obligatione LL. Rigensibus definita, in sequenti tractatione specialius differendi occasio subnaſcetur.

§. XIII.

7.) Notantur
ea, quae ad
formam litte-
rarum cam-
bialium spe-
tant.

Quemadmodum vero negotium hoc absque litteris cambialibus, quae *Trattae* nomine veniunt, vix ac ne vix quidem perfici potest, et ideo a quibusdam contractus ipse pro litterali haberi solet; (a) ita ad explicandam huius cambii naturam singularia *Iuris Rigensis* momenta, quae ad formam litterarum cambialium pertinent, cognoscere proderit. Vulgares cambiorum formulas non proferam, nec centies ab aliis dicta colligam, sed potius 1.) obseruo in allegata *Constitutione Suecica Art. I. §. 3.* hunc in modum sancitum legi: Wenn der Wechsel geschlossen und ein Brief darauf gegeben, soll die Summe des Geldes zum wenigsten einmal in demselben Brief mit vollen Buchstaben ausgeschrieben werden, damit allem Zweifel, welcher aus
den

den bloßen Ziffern entstehen kann, vorgebeugt und abgewandt werden möge. Moris et olim fuit, et adhuc est, ut quantitates certis numerorum notis velut scribendi compendio adhibito, exprimantur. Romani, ut per sigla siue notas scribere solebant; (*b*) ita ad numeros denotandos litteras quoque maiusculas, certis adiectis lineis, usurpabant. Introductae quoque aliae numerorum notae, quas barbari ciphras vocant siue eas ab Arabibus siue Persis deriuues, sufficitque inter gentes europaeas eius generis signa, numeros denotantia, in chartis priuatis publicisque adhiberi. Ciphras ergo solas in cambiis lex allegata reprobat, idque ex causa satis probabili. Facilior fraudis occasio in expressione quantitatis per ciphras facta subnascitur, quam si quantitas integris litteris adscribatur. (*c*) Finge vero et litteris integris et ciphris cambio quantitatem sed diuersimode et ita esse expressam, ut adscriptae quantitates differant, quaenam in hac specie adiudicanda sit? Alii minorem valere volunt. Minor enim quantitas maiori inest, adeoque scribens in hanc omnino et citra controuersiam consensisse praesumitur. Adde, quod iudicantes in casibus dubiis id, quod minus nocet, sequi soleant. At enim vero non errare mihi videntur, qui ad quantitatem integris litteris expressam respiciendum arbitrantur. Haec certe longe luculentius voluntatem scribentis declarat, quam expressio quantitatis per notas facta, errori scribentis rasurisque magis quam illa obnoxia. Si per rasuras aut lituras principalis haec cambii pars adeo obscurata sit, ut de scribentis voluntate certi quid statui nequeat, consultius agitur, si, recusata cambii acceptatione et interposita protestatione, cambium ad transfantem remittatur. Sed ponamus de quantitate iam satis ex litteris auiforiis constare; tunc literae cambiales sua certitudine gaudent. Bis vero ut exprimatur pecuniae transcriptae quantitas, nulla vrget ratio

ratio generalis, et variantes, quod ad hoc momentum, leges cambiales reprehendo. Sic *Lex Brunsvicensis Art. I.* requirit, vt et litterae et ciphrae adhibeantur; at *Bremae per Ord. Camb. Brem. Art. I.* sufficit, vt litteris tantum fors cambio comprehensa indicetur. Quod *Rigae* etiam seruari, verba legis allegatae probant. Quod vero cambium hoc vitio adfectum, secundum *LL. Rigenses* inualidum sit declarandum, aut, inde iusta acceptionem recusandi, causa deriuanda sit, non facile adfirmauerim. Nihil de nullitatis poena in lege citata cautum reperitur, et si verum legis sensum adsequor, nulla fraudis suspitione probata, cambii valori, hoc neglecto requisito parum decedit.

(a) Vid. BOEHMER de *Actionibus Sect. II. c. 9. §. 16* HEINECCIUS *Dsp. de Viriis negot. cambial. c. 1. §. 17.*

(b) Conf. BOHVSTAI BALBINI *verisimilia in notis p. 29.* et IOH: MEVRSIVS in *Denario.*

(c) BODE de *Cambiis §. 6. lit. e. p. 28.*

§. XIV.

d.) *Quid Sola, quid Prima denotet, indicetur.*

Non infrequens est, vt in litteris collybificis vox *Sola Prima, Secunda* occurrat, cuius stili ratio paucis adferenda est, cum eius quoque *LL. Rigenses* mentionem faciant. Equidem si vsum, indeque deductam regulam sequimur, moris haud est, vt de eadem sorte plures dentur cautiones, vel cambia plura, si de propriis sermo est. At in cambiis tractatis aliud obtinuit, et in eius, qui cambium remittit, fauorem dudum inualuit, vt de vno eodemque negotio collybifico plures dentur litterae, quas vox: *Prima* vel *Secunda* exprimit. Quare vox: *Sola* notat vnicam saltim cautionem cambialem scriptam fuisse. Rationes, quae hunc morem defendunt, fusius adferre lubens volensque superfedeo (a.) De hac specie sequentia exhibet *Constitut. Suecica* dict. Art.

§. 5.

§. 5. Fodert jemand auf eine Summe mehr denn einen Wechsel Brief, so soll man ihm einen gleich lautenden geben. Primo loco ex dictis obseruo, trassantem teneri, vt plures de vno eodemque negotio cambiali, trattas remittenti, eas poscenti tradat. In hoc enim contractu remittentis maxime vtilitas respicienda videtur. Addit lex, quod secundo loco obseruandum est, trattam secundam et tertiam *primae consonam* scribi debere. Sed quae huius positionis ratio? Ne forsā, qui plures accepit trattas, easque diuersi tenoris, vnum bis exigat, et duos contractus cambiales celebratos fuisse in praecudicium trassantis fingat. Ita autem saepius negotium instrui solet: *Cambium primum* absque indossamento in locum solutionis eo fine transmittitur, vt trassans de acceptatione certior reddatur; *secundum* et *tertium* vero per alia emporia uelut ambulat, et in alios factis indossamentis transfertur. Pergit *Lex* allegata: *ingeleichen aber in einen jeden Benennen welcher von denselben in der Ordnung der erste, andre, oder dritte, auf daß, wenn man siehet, daß dem einen ein Genüge geschehen, die andern damit getödet seyn, und keine Kraft mehr haben.* Scilicet datis licet pluribus cambiis de eadem sorte, non tamen, nisi semel, soluendum est. Quare secundis tertiisque litteris inseri solet clausula: *Wann prima noch nicht bezahlt.* Adueniente autem solutionis die, si omnia cambia a diuersis possessa concurrant, quod nam praefendum sit quaeritur? Non dubium est, quin primum iam acceptatum, prioritatem in solutione gaudeat, modo is, qui illud possidet, mandato vel indossamento sese ad recipiendam pecuniam legitimare queat, quicumque demum secundum et tertium tractae exemplum possideat. At si vnum quodque cambium in diuersam personam indossando translatum, nullumque ex his acceptum, parque omnium in eodem exigendo ius existat, difficilior huius quaestionis vide-

videtur definitio. *Frankius* (a) eum praefendum esse arbitrat, qui priore loco indossamentum obtinuit; quod si vero quando in aliquem alterum cambii exemplum transcriptum sit? ignoretur, soluendum ei, qui prior illud exigit. Si omnes adsint litterae cambiales, diuersis a personis praesententur, sibi que inuicem de recipienda pecunia litem moueant, transfatusque dubitet, cuinam citra periculum satisfaciat, optimum videtur consilium *Ord. Camb. Lips. §. II.* vt transfatus pecuniam in iudicio deponat. Sic enim transfatus liberatur, et transfanti non minus, quam diuersis indossatariis ius cuique integrum seruatur.

(a) Conf. *LVDOVICI Proc. Camb. cap. IV. §. 6.*

(b) *FRANKIUS Instit. Iur. Bamb. L. II. p. 188. §. 6.*

§. XV.

An vox cambii in litteris cambialibus exprimenda.

Non sine ratione plerorumque, qui ius cambiale tractant, suffragium ad formam cambii vox: *Wechsel*, vt exprimatur requirit (a). Idque et leges confirmant, quamuis *Ius Rigense* de hoc argumento, tanquam in vulgus noto, si leat. Sic, vt vnicum saltem addit testimonium, *Iure Danico* (b) cauetur: *Es solle ausdrücklich bekannt werden, daß es ein Wechselbrief sey.* Hinc omissa hac voce cautio exposita vim nudae assignationis vel chirographi habet. Insignis inde nascitur et a vero cambio diuersus effectus. Etenim ex solo chirographo aut assignatione executio cambialis ne utquam conceditur, nisi forsitan in loco solutionis, assignationibus idem ius, quod cambiis, applicari soleat, quod *Wratislauiae* fieri, eius ciuitatis lex cambialis nos edocet (c), qua cautum, *erfolget aber die Acceptation, so erlangte dieselbe dadurch die Qualität eines Wechselbriefes.* Sed non absoluta iuris necessitate vocem cambii requiri, *Frankius* notat (d), et verba aequipollentia admittit. Expendendum ergo, quae verba

verba in hunc censum veniant. Certe si quid ipse video, vel prorsus desunt, vel rariora existunt aequipollentium verborum exempla. Quod enim *Strykius* (e) adfert de formula: nach *Wechselrecht*, principium petit, nec aequipollens est, sed ipsum cambium exprimit. At quid sentimus de *Frankii* hypothese, qui *primas*, *secundas*, *tercias* nominari sufficere, hocque casu vitium literarum cambialium, ex defectu vocis: *Wechsel* ortum, emendari arbitratur? Si verum est, scripturam hoc requisito destitutam ad producendum processus cambialis effectum minus valere, nec *primae* nec *secundae* mentio hunc defectum supplebit. Quid enim prohibet, vnam eandemque quantitatem diuersis scripturis eo fine assignare, vt illa non nisi semel soluatur, et negotium hoc absque cambii mentione eadem, vt verum cambium, ratione tractare? Assignatio vicem mandati sustinet de recipienda solutione, nec vlla iuris ratio repugnat, mandatum quoddam repetere. Et licet forte haec agendi inter mercatores ratio parum frequens sit, scopo tamen nostro, demonstrasse, inseruit, scriptam cautionem, omissa cambii mentione, et cum *primae* et *secundae* expressione conceptam, potius vim assignationis, quam cambii habere. Quidquid sit, operae pretium me fecisse credidi, dum hanc de cambio praesumpto sententiam hoc loco in medium protuli, vbi de cambio primo pluribusque agitur.

(a) Vid. HEINECC. *Dsp. cit. Cap. II. §. 21.* et KOENIGII *not. ad Ord. Camb. Lips. §. 3. n. 1.* (b) *Lib. V. c. 14. art. 8.*

(c) *Ord. Camb. Wratislav. d. a. 1716. art. 37.*

(d) FRANK. *Instit. Iur. Camb. Lib. I. Sect. I. Tit. 6. §. 8.*

(e) Vid. EI. *Diss. de acceptat. litter. camb. c. 3. §. 9.*

§. XVI.

Cum ex multarum LL. cambialium definitione *Valutae* expressio ad formam litterarum cambialium requiratur, de
D hoc

hoc quoque vt breuibus agam argumento, instituti ratio exposcit. *Valutae* vox debendi causam exprimit. Quemadmodum in chirographis specialius crediti fundamentum indicari debet, quia ex nuda promissione et cautione, (vt *Paulli* verbis vtar), *indiscrete* loquente, nec iure romano nec canonico datur actio (a); ita in tesseris collybisticis ideo magis attendendum videtur, quo certius trassati nosse ex quorundam opinione interest, an remittens cambii pretium soluerit, vel quibus conditionibus contractum sit. Primo loco, de valuta in genere quaedam praemittam, quae ad exponendum *Ius Rigense* faciunt, post et, quae illo cauta deprehenduntur, adferam. Sic non omnes leges cambiales valutae expressiorem requirunt, sed causam debendi in ipso cambii contractu latere, arbitrantur. Et certe cum obligatio trassati ex mandato et acceptatione nascatur, nihilque huius interesse videatur, quacunque demum ratione causa inter remittentem et trassantem gesta fuerit. Facile patet, valutae mentionem, salua cambii validitate, omitti posse. Nec de cambiis propriis aliter sentio. Nam et causa debendi generalis ex sola promissione et pacto nudo orta moribus ad obligandum et agendum valida habetur. Vt taceam, in voce cambii, causam debendi omnino reperiri. Quae quamvis iusta nitantur ratione, utilis tamen intuitu remittentis videtur valutae expressio. Trassantem enim hac adiecta formula de accepta pecunia propria conuincit confessio, et de non numerata pecunia exceptionem secundum plerorumque pragmaticorum suffragium excludit. Placet bina his *LL.* cambialium excerpta in maiorem fidem adiungere. Scilicet in *Ord. Camb. Lips. §. 3.* haec notatu dignissima leguntur verba: und sollen die Wechselbriefe, es mag der empfangenen Valuta, wie zwar an ihm selbst billig wäre, darinne gedacht seyn, oder nicht, einen Weg wie den andern kräftig und gültig seyn. Alterum exem-

exemplum fuit *Lex Brunsvic. Art. 28.* Also kann auch zur Verfallzeit derjenige, der einen Wechselbrief simpliciter acceptiret, und sich dadurch zum Selbstschuldner gemacht, durch keine andere Ausflucht von bereiter Zahlung, oder schleuniger Execution los machen, er stehe mit Gebern des Briefes, wie er wolle, und mag der empfangenen Valuta im Wechselbriefe gedacht seyn, oder nicht. Non autem negandum est, nonnulla statuta cambialia in alium sensum concepta exstare (b). Consistit vero cambii pretium vel in parata pecunia, vel in mercibus. Interdum fidem trassans de pretio habet. Nunquam quod trassanti alius debet, mediante cambio a trassato soluitur. Saepius cambia reciproca dantur, aut trassanti alia ratione satis fit. Quidquid enim inter contrahentes mutuo consensu actum fuit, id bona fides servare iubet: Inde tot formulae valutae modum exprimentes stilo et vsu mercatorum inualuerunt, quarum frequentiores sunt: Valuta baar oder in Waaren, Valuta auf Rechnung, in mir selbst, oder: gewechselt, oder: von Lufio erhalten, et quae pro negotiorum diuersitate diuersimode exprimentur.

(a) L. 25. §. 4. D. de probat. c. 14. X. de fide instrument.

(b) Vid. LUDOVICI in Process. Camb. C. II. §. 6. et Du. Praesid. Einleitung zum Wechselrecht Cap. I. §. 7.

§. XVII.

Nunc ad *Ius patrium* mihi redeundum est. De Valuta in *Constitut. Suecica Art. I. §. 4.* sequentem in modum sancitum est, keiner ist schuldig eher einen Wechsel auszugeben, bis er zuvor bezahlet und vergnüget. *Lex* de trassante pretii solutionem vrgente loquitur. Secus ergo est, si ille fidem de pretio habuit. Non sine singulari emphasi voces bezahlet, und vergnüge iunguntur. Illa ad paratae pecuniae exsolutionem; haec ad alios satisfactionis modos refertur.

Ius Rigense de Valuta adfertur.

quaestionibus ergo, quae hoc loco subnasci queunt, viden-
 dum est ante omnia, quid inter partes conuentum fuerit.
 Moris est, et frequenter in hunc modum negotia cambialia
 constituuntur, vt ante trattae acceptationem non soluatur Va-
 luta. Quod si in pactione, expectare tempus placuerit,
 hoc nondum elapso exigi Valuta nequit. At e contrario
 pactione in hunc modum non concepta, trassanti remittentem
 ad solutionem summae in literis cambialibus trassatis conten-
 tae conuenienti, exceptio: cambii nondum acceptati secun-
 dum *Ius Rigense* frustra opponitur. Porro, si de solutionis
 modo nihil determinatum est, negotium parata pecunia su-
 sceptum praesumitur, eadem ratione, vt in pretiis rerum
 venditarum eandem sententiam *ICTi* tuentur, iurisque trala-
 titiū est, creditori aliud pro alio obrudi neutiquam posse.
 Pergit *Lex* citata: Thut es jemand, und will hernach das Geld
 oder den Werth dessen, was er in dem Wechselbriefe vor an-
 genommen erkannt hat, fordern, und darauf bestehet, daß es
 nicht erlegt sey, dem soll man nicht glauben, sondern er wird
 mit seiner Einwendung wegen der ungezahlten Gelder abge-
 wiesen. Ex his verbis sequens elicitur propositio: *Qui, se*
valutam accepisse, in litteris cambialibus confessus est, ei
querela non numeratae pecuniae denegatur. An haec adser-
 tio de processu executiuo intelligenda veniat, adeo, vt pre-
 tium actione ordinaria exigi queat, disertis quidem verbis
 non exprimit; sed vero propius accedit, si doctrinalem legis
 interpretationem sequi placet, omnem prorsus denegari actio-
 nem. Idque, quae in dicta lege sequuntur, verba proba-
 bile reddere videntur. Ita enim illa sonant. Wann nun
 jemand den Wechsel ausgiebt und nicht gestehet, daß das Geld
 oder der Werth erlegt sey, so soll er bis den nächsten Posttag
 Zeit genießen, gedachtes Geld oder dessen Werth einzufordern
 und sich bezahlen zu lassen. Quae hic et vltius scripta le-
 guntur

guntur ad eum casum pertinent, quo Trassans vel Valutae nullam in litteris cambialibus mentionem fecit, aut tali illam formula induxit, quae confessionem acceptae pecuniae non continet. Exigere ergo Valutam debet Trassans non tam iudiciali conuentione, quam priuatim vrgere intra illud spatium, quod superest, antequam ad locum destinatae solutionis cursor publicus secunda vice vadat. Idque sine dubio, ne moras nectendo cambio interim acceptato, et solutione pecuniae facta, trassans damnum patiatur. Iubet vltorius *Lex Rigensis*: Geschiehts denn nicht, so lasset er darwider protestiren und hat darneben die Macht, den ausgegebenen Wechselbrief abzuschreiben und hemmen zu lassen. Si remittens forte aliquot dierum inducias petat, easque trassans ipsi indulgere velit, protestationem euentualem superfluam arbitror, nisi adhibeatur, ideo, ne trassans fidem de pretio habuisse videatur. Facta autem protestatione trassans cambii acceptationem recte inhihet, idque naturalis aequitatis solidissima damnum euitandi ratio defendit. Trassans enim trassato ad indemnitatem tenetur, cambii licet pretio non soluto. Denique de eodem casu hunc in modum *lex* citata loquitur. Sollte es sich aber zutragen, daß selbiger Wechselbrief, solcher Abschrift ungeachtet, dennoch bezahlet würde, und darüber Beweis zurücker käme: so mag der Wechselgeber das Seinige von dem Wechseler und aus dessen Eigenthume auf gleiche Art und Weise, wie bey allen andern Wechselern bräuchlich, wieder suchen. Quemadmodum in hac specie mandatum de non acceptando tardius aduenisse, et acceptantem, trassantis prohibitione non obstante, secundum rigorem legum ad soluendum compulsus fuisse (*), supponitur; ita remittens ad sortem cambialem, vsuras ob moram, aliaque damna restituenda trassanti, cui suo facto damnum dedit, summo iure tenetur.

(*) Sic ex cambio acceptato et indossato, transfatus solutionem petenti secundum rigorem iuris cambialis Lipsiensis exceptionem Valutae nondum solutae aut solutionis prohibitaee et mandati reuocati frustra opponit. Licet enim in *Ord. Camb. Lips.* §. 13. admittatur de non accepta Valuta Creditoris vel remittentis eigentlicher unzweifelicher Schein, vt se Debitor vel transfatus a necessitate solutionis liberet; id tamen notante *Koenigio* ad dict. §. locum habet, so lange der erste Empfänger den Wechselbrief noch in Händen hat. Indossatario neuiquam nocet haec exceptio idque in *Ord. Mercat. Lips. tit. II. §.* allermaßen expresse cautum legitur.

§. XVIII.

Interdunt indossamentum in litteris cambialibus exprimentum est.

Caeterum vt et transfantis et transfati eiusque, cui soluentum est, nomen in litteris collybiasticis exprimatur, ipsa negotii indoles et receptus cambiorum stilus exposcit. De his fusius agere superfluum cenfeo. Nullum de his momentum singulare quid, et a communi doctrina deuianum in LL. patriis occurrit. De indossamentis vt quidquam addam, *Constitut. Suecic. Rigae* ius faciens, vrget. In ea enim sequentia occurrunt: Ist ein Wechsel gestellet und geschrieben zu bezahlen an den Wechselser selbst, oder auch an des Wechselers Mann, an einem andern Orte, und darbey an dessen Gevollmächtige ohne Benennung dessen Namen. Haec verba ad consuetum cambiorum stilum sese referunt. Transfans enim vt solutio ipsi remittenti, quem *lex* nostra den Wechselser appellat, aut tertio, cuius in cambio nomen expressum est, et quem *lex* cit. des Wechselers Mann, nominat, aut denique horum procuratoribus voce: *Ordre notatis*, praestetur, curare debet. Sequuntur verba *legis*: so muß der Principal, welcher bereits benennet ist, bey Transportirung des Wechsels, wenn er gültig seyn soll, mittelst eigenhändiger Aufschrift seines Gevollmächtigten Namen darauf setzen. Hac legis parte indossamentum, quod vulgo: in bianco, dicunt prohiberi, quilibet rerum cambialium peritus facile perspicit. Denique his verbis huic argumento finem imponit: Ist aber

aber der Bevollmächtigte zuvor in dem Briefe bey seinem Namen mit genennet, so ist alsdann keine weitere Aufschrift zu des Wechsels Einfoderung und desselben Vergnügung mehr von nöthen, eine solche Aufschrift wird in fremder Sprache ein endossement genant. Notatur his verbis vsitata inter Mercatores formula, qua trassato Lucio oder an dessen Statt Caio solutionem praestare committitur. Tralatitii iuris est, non nisi creditori in cautione nominato cum effectu liberationis solui. Si ergo tertius ex chirographo solutionem petat, hic vel de crediti in se transitu (a) per cessionem, aliumque modum legitimum facta, vel de creditoris mandato speciali fidem soluturo facere, seque ad causam legitimare debet. Idque in cambiis *Indossamentum*, *Transport*, *Giro* (b) dici solet. Et hae voces eundem habent sensum, nisi quod nonnullis *Giro* indossamentum saepius repetitum denotare videatur. Quae licet ita sese habeant, et vsus indossamentorum frequentissimus sit; verissimum tamen mihi videtur, cambii executionem per mandatum etiam separatum et cambio non subscriptum, aut per simplices litteras tertio committi posse.

(a) Vid. MEVIUS P. III. Dec. 21. et P. V. Dec. 19.

(b) Conf. Ordinat. Camb. Lips. §. 11 et 12.

§. XIX.

Indossamenta cambiorum vim vel nudi mandati vel cessionis habent. Quid actum inter contrahentes, diuersae indossamentorum formulae loquuntur. Si scriptum fuerit: der Herr bezahle an Titium, es soll mir validiren, simplex mandatum subest. Cessionem indicant verba: den Werth habe erhalten. Illo casu absque speciali mandato vterius cambia indossandi facultas non competit (a). Varias de his cambiorum cessionibus inter interpretes agitantur dissensiones.

Specialia nonnulla de indossamentis cambiorum adferuntur.

nes. Sic quaeritur: an clausulae cambii in securitatem negotii adiectae, veluti renunciaciones aut constituciones pignorum, cessionario profint? Porro disquirunt: an cessio permessa praesumatur, si vox: *Ordre*, qua illa data censetur, in cambio omissa sit? Sunt et aliae, quas silentio praetereo. Generatim in cessionibus cambiorum communis iuris regulas tenendas arbitror, nisi de alia legis dispositione constet. Exemplum praebet notissima iuris ciuilibus doctrina, qua, cedens nomen ad eiusdem veritatem, non bonitatem praestandam, obstringitur (*b*). Hoc in cambiis aliter profus definitum legimus (*c*). Et inter dubias has fori quaestiones illa etiam locum obtinet, quae de indossamento in bianco, seu charta blanca agit. Prohibetur illud et *Rigae*, vt allegatae legis verba demonstrant, et in pluribus emporiis (*d*) idem ius statutum deprehenditur. Rationes sat graues hanc prohibitionem vrgent. Ignorat trassatus, cuius faciendae sit solutio. Quare licet acceptare possit hoc indossamento instructum cambium, soluere tamen sortem cambio contentam, ante indossamentum completum, vel possessoris legitimationem non tenetur. Finge amissum vel furto subtractum eius generis cambium esse, quis neget, nomen profus aliud indossamento inscribi, adeo etiam pecuniam malae fidei possessorem recipere posse. Accedit fraudis occasio, quae ex tali indossamento subnasci potest. Quae licet ita se habeant, vsu tamen obtinuit, vt possessor cambii indossamentum blancum nominis inscriptione, vel sui vel alterius, compleat, efficaxque ad exigendum reddat. Prudenter in legibus nonnullis eadem cauta lego (*e*). Daß der Geber oder Remittent den Giro, wie sich gebühret, auch mit ausdrücklicher Benennung der Zeit, wenn derselbe geschrieben, zu compliren schuldig sey. Et certe si vsu et experientia edocti Legumlatores multiplicata cambiorum indossamenta, das vielfältige giriren, prohibenda censi-

cenfuerant; multo magis indoffamentum blancum faepius iterare et inde variis litibus anſam dare, commerciorum vtilitati infeſtum atque damnofum videtur.

- (a) *Diffentunt notae ad §. 11. Ord. Camb. Lipſ. in Corp. Iur. Camb. P. I. p. 19.*
 (b) *Vid. L. 4. D. de hered. vel act. vend.*
 (c) *Ord. Camb. Lipſ. §. 19.*
 (d) *Prohibetur Lipſiae in Ord. Camb. §. 11. in Ordin. Daniſc. art. 27. vid. Preuß. XX. X. art. 44.*
 (e) *Ita habet Ord. Camb. Lipſ. §. cit.*
 (f) *Vid. LVDOV. Proc. Camb. Cap. IV. §. 28.*

C A P V T I V.

§. XX.

Contractu cambii litterarum et valutae datione absoluto, rationis eſt, vt illae mature ad locum deſtinatae ſolutionis transmittantur. Is, qui cambium petit, *der das Geld auf Wechſel giebt*, licet ſaepiſſime ne nominatus quidem ſit in litteris cambialibus, ei tamen incumbit, negotii progreſſum omni ſtudio promouere. Idque ipſi *Lex Suecia* his verbis iniungit: *Wenn der Wechſler ſein Geld ausgegeben und den Wechſel Brief darüber empfangen, ſoll er alsdenn nicht ſäumen denſelben an ſeinen Mann zu überſenden nach dem Ort, da die Bezahlung vor ſelbigen geſehen ſoll.* Equidem hic certa temporis deſinitio non adiecta eſt, ſed facile eſt ad intelligendum, vt ante tempus ſolutioni deſtinatum cambium in loco ſolutionis adueniat. Cambia in nundinis directa, ſpatia praefentationis, acceptationis, ſolutionis vſu vel lege praefcripta ſeruant. Ita ergo negotium expediendum eſt, vt his ſatiſferi queat. In aliis cambiis tempus ſolutionis pacto deſinitum interdum ab ipſo die ſcriptarum litterarum cam-

Cap. IV.
*De remiſſione
 et praefentatione cambio-
 rum.*

E

bia-

bialium, vulgo *a dato* computandum est, quo casu nihilominus transmissionem, remittens festinare debet, vt de exactissima ipsius diligentia constet. Quod et circa cambia, quae solutionis terminum a die acceptationis capiunt, observandum cum facile contingere queat, vt transmissione in longum tempus protracta, interim transatus bonis cedat, idque transanti damnum adferat, hinc omnino consultius est, negotii progressum et tunc maturare (a.) Caeterum non deesse LL. cambiales, quae remittentem qui literas cambiales, quarum dies solutionis satis determinatus est, tardius transmittit, ab omni obligatione absoluant, exempla a Dno. Praefide (b.) adducta, testantur. Si quid ergo in hoc argumento dubium occurrat, illud boni viri arbitrio definiendum est.

(a) Vid. Danziger Wechs. Ved. Art. 2. Schwedische neue W. B. Art. 6.

(b) In der Einleit. zum Wechs. Recht überhaupt Sect. II. cap. II. §. V.

§. XXI.

Quaeritur:
An Remittens
a contractu
cambii recedere
queat?

Sed finge remittentem post cambii contractum omnino perfectum mutare consilium, et, vt transans, restituta valuta, cambium recipiat, postulare. Quaeritur ergo: an remittens invito transante, ab eo, quod semel mutuo consensu contractum erat, recedere queat. Respondet citata Constitutio Art. I. §. 6. Wenn der Wechsler wegen eines entstehenden Zufalls desselben Geldes an den Orte, wohin es bestimmt worden nicht bedarf, und will dahero den Brief an den Wechselgeber wieder zurück liefern und die Gelder wieder von ihm fodern, so hat er kein Recht noch Macht dazu, sondern es bleibet dabey, was einmal wirklich beschloffen ist, so ferne er mit dem Wechselgeber sich nicht in Güte vereinbaren kann. Haec doctrina probatione indigere non videtur. Iuris praecepta iubent vt, quae semel mutuo consensu placuerunt, non nisi mutuo consensu dissoluantur. Nec resistere videtur

tur vulgatum axioma: *Quoduis pactum rebus sic stantibus intelligendum est*, et ideo, deficiente cambii causa compulsiva, ortam inde obligationem quoque cessare. Sed effectus huius regulae in praesenti locum non habet, quum causa ad contrahendum impellens contractui tanquam conditio resolutiva adiecta haud fuerit. Secus forsitan sentiendum, si remittens, literas cambiales in alium locum, quam qui antea placuit, transferibi, vel conditiones contractus aliter concipi velit. Verum inhaerendum conventioni quamdiu transfantis interest, ne locus, vel conditiones mutantur. Quod si autem remittens transfantem indemnem servare, et velit et possit, eius intentio non videtur iniusta esse. Sed non est, ut his diutius immoremur. Placet potius negotii cambialis progressum ulterius illustrare. Scilicet transfanti quoque incumbit, ut transfatum de cambio contracto certiore reddat. Dicitur solent illae litterae auseriae, quarum requisita sunt, ut transfato referant quando, quibus conditionibus negotium gestum, in quam summam, et in quem, cambium conceptum, et in cuius rationes cambium referendum sit. Porro an solae, an plures, et quot hoc casu litterae datae sint, denique media indemnitate procurandae transfato indicent. Luculenter hoc exprimit allegata *Constit. l. c.* his verbis: Dem Wechselgeber gebühret allezeit, ausser dem Wechselbriefe demjenigen alsfort zuschreiben, welchen er um dessen Bezahlung und Vergnügung an dem andern Orte ersuchet, und ihm von allen was dabey von nöthen, kund zu thun; Singulare est, quod dicta lex addit: So muß auch der, welcher vor eines andern Rechnung den Wechsel nach einem Ort gezogen, bey der ersten Post demselben ebenfals Kundschaft davon geben, auf dessen Rechnung dieß geschehen. Hocque ut fiat, transfati maxime interest, quia inde certior redditur, quis ipsi, soluto cambio, debitor existat, et cuius rationibus cambii



quantitas imputanda veniat. Cum ergo tanta sit harum litterarum utilitas, satis adparet, quo aequitatis fundamento nitantur verba dictae legis sequentia. Wird etwas hiedon verabsäumt, so, daß dadurch Schaden oder Ungelegenheit entstehet, muß derselbige solches tragen und ersetzen, der den Wechsel gezogen und ausgegeben. Vterius ex his elucescit, iustissimam cambii acceptationem denegandi causam harum litterarum esse defectum, licet, si lubens volensque velit, transatus, his literis deficientibus, cambium recipere non prohibeatur. Idque indicat *Lex* nostra: So aber der Wechselbezahler freywillig und nichts desto minder des Wechselgebers Hand honoriren, und die Bezahlung auf sich nehmen will, stehet ihm solches frey, und erstattet alsdenn, wozu er sich verbindet. Quemadmodum hoc argumentum LL. cambiales satis copiose illustrant; ita *Ordinat. Camb. Lips.* (*) hoc loco ideo praecipue allegare placet, quia inde constat, spontaneam hanc cambii acceptationem non aliam esse, quam quae in honorem transantis vel alterius fieri solet, et ideo non nisi praevia protestatione ex usu emporiorum perficiendam esse, sicuti hoc loco fusius ea de re exponemus.

(*) Ita in §. 27. disponitur: Demnach bey Wechselbriefen, der Aviso Brief gleichsam zum Fundament der Acceptation dermaßen nöthig ist, daß kein Handelsmann ohne vorher empfangenen Aviso einen Wechselbrief zu acceptiren viel weniger zu bezahlen schuldig ist, er thue es denn par honor di lettera, zumal wenn er keine Provision oder Mittel zu dem Gelde zu gelangen in Händen hat.

§. XXII.,

Præsentantis officium expenditur.

Si cambium ad locum destinatae solutionis venit, is, cui solutionem recipere a remittente permittitur, siue, in cambio siue in indossamento nominatus sit, illud transato offerre, eumque, an illud recipere ac solvere velit, interrogare tenetur. Equidem nulla vrget necessitas, vt ipse cambii possessor

fessor hunc praesentationis actum suscipiat. Nihil enim inde praecudicij cuiquam enascitur, licet tertius etiam sine mandato cambium transfato praesentet, (a) modo iusta ad causam legitimatio tempore solutionis exhiberi queat. Et hoc sensu intelligenda sunt verba *Constit. Suevic.* cit. Art. §. 8. hunc in modum expressa: Des Wechslers Mann gebühret, so bald er dem Wechsel Brief in die Hände bekommt, nicht zu versäumen denselben aufzuweisen den Wechsel-Bezahler an welchen er gestellet ist, und dessen ausdrückliche Erklärung darüber zu fordern, ob er denselben zu bezahlen acceptiren wolle oder nicht. Interest transfantis et remittentis, nosse, an transfatus mandatum, cambio contentum in se receperit, nec ne. Temporis spatium intra quod praesentatio perficienda est, Lex allegata non constituit. Plerumque illa fieri solet, ante quam nuncius ad eum locum iterum abit, ex quo cambium allatum est. (b) Seruandas esse leges loci, vbi cambio factis fieri debet, quiuis facile perspiciat. Id enim negotii indoles vrget. Vbi nundinae sollempnes celebrantur, cambiis in nundinas directis, alius terminus legibus praescriptus est, quem, nisi praesentans obseruet, sese damni ex mora subnati reum facit. Haec vero cambiorum transfatorum praesentatio ideo necessaria est, quia ante acceptationem transfatus ad soluendum neutiquam obligatur. Inde sequitur, cambia propria nec praesentanda nec acceptanda esse, cum ex his debitor virtute subscriptionis valide obligetur, et inuitus ad soluendum recte cogatur (c). At enim vero non dantur solum leges contrarium constituentes, (d) sed eo quoque casu, quo cambium proprium per indossamentum ad alios peruenit, necessitas praesentandi et acceptandi asseritur. Ita enim *Ord. Camb. Lips. l. c.* käme aber ein eigener Wechsel-Brief durch Transportirung oder andere Cession in die dritte oder mehr Hände, soll nicht allein der Inhaber des Briefes

demselben, auf Art, wie also bald folget, zur Acceptation präsentiren, sondern auch der Debitor oder dessen Erben, ohne allen Verzug, damit der Inhaber und Cessionarius von des Wechselbriefs Richtigkeit desto eher versichert werden, zu acceptiren schuldig seyn.

(a) Vid. Ord. Camb. Lips. §. II. Hamb. Art. 14.

(b) Vid. LYDOVICI Wechsel Proceß. cap. IV. §. 47.

(c) Vid. Ord. Camb. Lips. §. 4. Dantisc. Art. 5.

(d) Ord. Camb. Hamb. Art. 10.

§. XXIII.

Casus singulares de praesentat. Camb. referuntur.

Sed variae adhuc occurrunt quaestiones circa cambiorum praesentationem, ex quibus unam alteramque breuiter attingere placet. Quid faciendum praesentanti, si cambium in personam expositum, quae in loco destinatae solutionis non commoratur. Accidit, hoc interdum, si cambium nundinale in personam extraneam directum est, vel transfatus pluribus gaudet domiciliis. Aut per alium transfato in loco, ubi degit, cambium praesentandum, aut transmittendum cambii exemplum, et a transfato, loco originalis, acceptandum est (a). Illustrat haec Ord. Camb. Dantiscana, hunc in modum (b) rem definiens. Wenn Wechselbriefe auf auswärtige lauten, welche nicht an dem Orte wohnen, woselbst die Zahlung nach Innhalt des Wechsels geschehen soll; so ist nöthig, daß der Inhaber sie ohne Verschümmiß zur Acceptation übersende, da denn bey der Acceptation der Acceptant schuldig ist, zu notiren, bey wem sich der Inhaber auf Verfallzeit anzugeben habe. Haec cambia cum variis molestiis implicita sint, non sine ratione ea quorundam emporiorum LL. prohibita leguntur (c). Vterius disquiritur: quid iuris, si cambium post solutionis terminum demum aduenerit? Confestim illud praesentandum

dum esse, ratio naturalis suadet. Si autem transatus, elapso iam solutionis termino, adueniens cambium suscipere velit, periculo suo id facit, nisi transans, ipsum de mora certiozem reddiderit. Sed quid, si possessor cambii moras in praesentando necit? Finge, interea soluendae pecuniae tempus transiisse, transatumque ideo acceptationem recusare. Respondit *Ius Rigense l. c.* sequentem in modum: Thut er solches nicht, und verzögert die Zeit damit, die in dem Wechselbriefe zur Bezahlung bedungen ist, und inmittler Zeit etwas einfallen könnte, zu des Wechslers Schaden und Versäumniß, so ist dieser vermittelst solcher seiner Versäumniß schuldig, davor zu stehen und selbigen zu ersetzen. His verbis, nisi me fallit coniectura, casus indigitatur, quo transante bonis interim lapsö, remittens recipiendae valutae, iam solutae periculum incurrit. Quacunq; autem ex causa remittenti culpa praesentantis damnum datum sit, ius et aequitas eisdem praestationem praesentanti iniungit. Hinc idem iuris, si culpa et negligentia praesentantis cambium perierit, vel amissum fuerit. Et quamuis casu idem perierit; mora tamen casum praecedente a praesentante admissa efficit, ut hic remittentem indemnem seruare obstringatur. (d) Secus pronuntiandum, si cambium mero fatali casu deperditum fuerit, quo existente fato remittens damnum iure fert, et transans aliud cambium, praestita cautione de eadem quantitate bis non exigenda, tradere tenetur. (e)

(a) *Ord. Camb. Lips. §. 16.*

(b) *Arr. 15.*

(c) *Vid. Ord. Camb. Augustana. Cap. III. §. 3.*

(d) *Arg. L. 12. §. 3. Depositi.*

(e) *Conf. HEYDIGER in der Einleit. zum Wechselrecht. p. 67.*



CAPVT V.

§. XXIV.

Cap. V.
De Cambii
acceptatione.

Nunc de cambii acceptatione agendum. Denotat illa trassati vel tertii declarationem legitimam de cambio solvendo. Accidit enim, vt non is solum, in quem cambium expressis verbis directum est, sed etiam tertius, ad honorem trassanti vel alii declarandum, vel qui in subsidium ad id rogatus est, acceptet cambium, et se solutionis necessitati subiiciat. Hinc aliam cambii acceptationem *ordinariam*, aliam *subsidiariam* non male dixeris. Vtriusque consideranda forma et effectus. Primo loco obseruandum venit, acceptationem esse liberae voluntatis et ad eam, eadem ratione, vt ad mandatum suscipiendum (a), neminem cogi. Dubio caret haec doctrina, eamque firmat *Constit. allegata cit. art. §. 10.* quando ait: Es stehe einem jeden frey, auf welchen einiger Wechsel gezogen und gestellet werden kann, denselben anzunehmen, oder nicht. Conspirant leges aliae nec non interpretes (b), et ne debitorem quidem trassantis, ad cambium acceptandum, inuitum compellunt. Addit *cit. Constit.* Es sey denn, daß er selbst zuvor den Wechselgeber entweder um die Bezahlung versichert, oder zu seinem eignen Behufe und Besten solchen auf sich zu ziehen verstatet und befohlen hat. Duas haec verba limitationes exhibent, et trassatum ad acceptandum obstringunt, alteram ex promissione trassati spontanea, alteram ex mandato fluentem. Sed quemadmodum variae dantur pactionum formae, atque circumstantiae illarum indolem et effectum alterantes, in quarum censum veniunt conditiones promissionibus adiectae, vel rationes singulares, causam conventionibus dantes; ita *Lex* allegata restrictionem notatu dignissimam, et hunc in modum adiectam subiicit §. I. Hat

mm



nun einer sein Wort von sich gegeben, daß er den Wechsel auf sich nehmen wolle, doch aber nicht vor seine eigene, sondern eines dritten Rechnung, und inmittler Zeit eine Veränderung mit des dritten Zustande vorfallen sollte; daß es ihm an Verbindgen gebreche, so ist der andere seine Einwilligung zu ändern und zu widerrufen befugt. *Causa huius restrictionis satis evidens est. Promissio illa de cambio habito respectu ad tertium acceptando, ita interpretanda, vt clausula: rebus sic stantibus subintelligatur, proinde ad conditionem, si status tertii illius non mutetur, transactum respexisse praesumitur, qua deficiente fides data evanescit. Sed re adhuc integra, so ferne die Annahme oder Bezahlung nicht bereits geschehen ist, locum habere, lex voluit, quae ius poenitendi post cambii acceptationem non permittit, nec soluti conditionem indulgit, ideoque hoc velut obligationis temperamento litem, quae de hac specie propter pugnantes forsitan rationes excitari possit, solerter et prudenter composuit.*

(a) L. i. pr. D. Mandati.

(b) Conf. KOENIG in not. 7. ad Ord. Camb. Lips. §. 27. Vid. *Ius Camb. Brunsv. art. 16.* STRYK. *Dsp. de Acceptat. lit. camb.*

§. XXV.

Ad formam vero acceptationis, ex qua translati pendet obligatio, varia in LL. Rigenibus occurrunt referenda. Quaecumque ergo, quis hanc perficiat? Non alius certe, quam is, in quam tratta directa est. Ad hanc scenam exornandam pertinet *Art. XI. in Constit. Suecica*, vbi de cambio in socios exposito ita agitur: *Ziehet man einen Wechsel auf zwey Personen, die in Compagnie stehen, unter einem Namen, so soll auch derselbe nicht anders, als unter ihrer beyder Namen zugleich angenommen werden. Equidem vulgo traditur, socios in causis ad societatem pertinentibus in solidum*

Quae ad formam acceptationis pertinent, praesentantur.

Quaestio I. Quomodo Socii cambium acceptent?

F

obli-

obligari, adeo, vt vnus factum, ob praesumptum consensum, alterum quoque obstringat, maxime si versio in rem societatis euidentis sit. Sed cum haec doctrina in nonnullis casibus dubia interpretum suffragia excitauerit, ad maiorem cambiorum securitatem facit, cambium in commune societatis nomen directum a quolibet, nominis subscriptione, agnosci. An vnus ex sociis, reliquis absentibus, cambium communi nomine acceptare et absentium nomina subscribere, eosque obligare ad soluendum queat, lex allegata in tantum definit, vt art. IX. propriam acceptantis subscriptionem requirat. Sequitur alius casus citata lege expressus. Doch mag auch einer von ihnen, wann er selbst will, des Wechsels Bezahlung einseitig annehmen, wenn nur des Wechslers Mann nichts desto minder protestiren lasset, indem es doch unvollkommen ist, bis die Bezahlung wirklich erfolget. Singularis hic occurrit ratione protestationis dispositio, ne forte praesentans quidquam, quod in ipsius aut remittentis damnum cedere queat, contra formam praescriptam suscepisse videatur. Denique additur species tertia a prioribus distincta: Siehet man einen Wechsel auf zweene Personen absonderlich, nämlich erst auf den einen, oder in seiner Abwesenheit auf den andern, so soll auch die Annnehmung absonderlich geschehen von einem von beyden, so zur Stelle ist, wie er denn gleich gültig und kräftig seyn soll, als wäre der Wechsel auf eine Person allein gezogen. Nullam hic casus difficultatem habere videtur. Ita enim moris est inter mercatores, vt si trassatus in loco solutionis non commoretur, aut si absens vel acceptationem recusare, praesumatur, tertius adiiciatur in subsidium, in schedula cambio affixa, cur non et in ipsis cambialibus literis? Caeterum si cambio adscripta sit clausula: In Abwesenheit Herrn Titii kann man sich bey Caio melden, an eundem etiam effectum habeat in casu recusatae accepta-

acceptationis, non inepte quaeritur. Affirmatiua praesumpto trassantis consensu niti videtur, qui id maxime intendit, ne cambium recusatum redeat. Porro videndum, an per alios, mandato trassati instructos, perfici queat cambii acceptatio. Notabilem sanctionem, hanc quaestionem definientem Art. 28. Constit. Suec. exhibet: Alles, was einer selbst in Wechsel-Sachen thun kann, ist ihm auch durch seinen Buchhalter oder einen andern Bedienten und Angehörigen verrichten zu lassen, vergönnt, und daß derselbe mit einer schriftlichen Vollmacht ausdrücklich dazu bestellet sey, auf welchem Fall er von seines Herrn und Hausvaters wegen, wie auch für dessen Rechnung, beydes den Wechsel ausgeben und annehmen, schließen und bezahlen kann. Scriptum mandatum idque speciale prudenter requiri, res ipsa loquitur. Interest enim praesentantis, vt de mandato trassati certior reddatur, quo obligatio, ex acceptatione orta, innititur. De acceptatione vero cambii sine mandato a tertio facta, ita loquitur Statutum Rigense Lib. V. Tit. 8. §. 7. Würde ein Diener oder Factor ohne Vollmacht oder Instruction einen Wechsel wegen seines Herrn acceptiren, ist der Herr an die Zahlung nicht verbunden, wo ers nicht gutwillig thun will. Quae cum ita sint, in nonnullis emporiis prudenter cautum est, vt eius generis mandata mercatorum in iudiciis exhibeantur (a), ibique asseruentur aut fide notarii (b) firmentur.

(a) Vid. Leipziger Handelgerichtsordn. §. 7.

(b) Vid. Ius Camb. Hamb. Art. 8.

§. XXVI.

Sed proferamus reliqua iuris Rigenfis capita, quae ad acceptationis cambialis formam spectant. Sic enim Statutum l. c. art. 4. legimus: Nimmt jemand einen Wechselbrief zu sich, mit Versprechen, denselben zu acceptiren, so hat er bereits so

F 2

viel

Quaestio II.
An per Mandatarium
Cambium recte acceptetur?

Acceptationis forma ulterius explicatur.

viel als denselben acceptiret, und muß denselben bezahlen. Equidem si discedimus a legum definitione expressa, acceptatio oretenus facta ad transfatum obligandum, non vero ad id sufficere videtur, vt statim ex cambio agatur executiue. Sed hic articulus meo, qualicunque iudicio, in poenam potius retenti, inuito praesentante, cambii, cambium pro acceptato habet, licet promissionem de eodem acceptando retentioni iungat. An vero tali casu cambialiter agi possit? dubium non leue subest. Hamburgi (a) cautum legimus, cambium pro acceptato haberi, si transfatus praesentanti illud reposcenti per noctem retinuit. Et hanc acceptationem nonnulli tacitam adpellant, casumque extraordinarium continet, nec in aliis emporiis, nisi vsu aut lege probetur, obtinet (b). Caeterum regulam, quam *Rigenses* in cambiorum acceptatione seruant *Constit. Suecica, Art. LX.* his verbis explicatam sistit: So ist auch der Wechselbezahler verbunden, sich auf die Anfoderung bey Zeiten zu erklären, und die Bezahlung des Briefes entweder auf sich zu nehmen, oder abzuschlagen. Quae sequuntur verba tres exhibent casus. Vel enim 1) acceptat transfatus, vel 2) illud prorsus facere detrectat, morasque nequit, vel denique 3) obscurius ad praesentationem cambii respondet. Ad primum casum pertinet sequens definitio: Nimmt er selbige an, so soll solche Annehmung mit seines Namens und Zunamens eigenhändiger Unterzeichnung auf den Brief geschehen, mit diesem Worte, acceptiret oder angenommen, sammt Beyfügung des Tages, an welchem es geschehen. Ratio legis in liquida acceptationis probatione nititur et ex natura processus executiui, qualem cambialem esse constat; certa consecutione oritur. Secunda species latet in verbis subsequentibus: Schlägt er aber die Annehmung ganz ab, oder schiebet sie auf, oder läßt sich nicht finden, oder hält sich auf allerhand Art an die Seite, indem er des Wech-

lers

lers Mann keine rechte Antwort oder Bescheid giebt, innerhalb Tag und Nacht nach Vorweisung des Briefes, oder auch vor Abgang der ersten Post, wenn es gleich innerhalb Tagesfrist wäre, so muß er dawider protestiren lassen, daß der Wechsel nicht, wie sich gebühret, respectirt und angenommen worden. Ex his notamus spatium, intra quod perficienda acceptatio, et quando protestatio interponi debeat. Et huc spectant, quae in *Art. 2. Statutorum Rigensum* habentur. Würde aber jemand den präsentirten Wechselbrief nicht annehmen, mag der Inhaber dessen alsobald protestiren, es wäre denn, daß er drey Tage dem Verweigernden zu Gefallen mit der Protestation einhielte, und mittler Zeit kein Bothe dahin abgienge. Inducias ergo trium dierum praesentans trassato hoc petenti, et spem acceptationis adhuc facienti, concedere valet. Nec facultas, hoc deliberandi spatium concedendi, *Constit. Suecica* sublata videtur, quippe quae supponit casum, ubi trassatus spem acceptationis nec facit, nec dilationem petit. Demum tertium casum haec verba exhibent: Giebt der Wechselbezahler keine, oder auch eine unvollkommliche Antwort von sich, so ist des Wechslers Mann nicht schuldig, sich damit vergnügen zu lassen, dafern er selbst nicht anders will, und in des Wechslers Vorschlag einwilliget, unterm Protest, dem Wechsler Rundschaft davon zu geben, und dessen Gutbefinden einzuholen; wornach er sich doch alsdem alsderdings richten muß. Vox: einer unvollkommenen Antwort purae et tali opponi videtur voluntatis declarationi, ex qua liquidum agendi ius contra trassatum nascitur. Ergo non sufficit conditionata aut ad partem solum quantitatis, cambio transcriptae, restricta acceptatio. Quod condiciones attinet et reseruata, acceptationi adiecta, illa in nonnullis LL. cambialibus vel absolute reprobantur (c), vel pro non adiectis habentur (d).

betur facta, priori casu vero, et quando nihil etiam de conditionibus speciatim dispositum legitur, easdem inuitus praesentans admittere non tenetur. Insufficiens enim est cambii susceptio, alio, quam cambium conceptum est, modo facta. Et cum specialius Lege Regia cautum legatur, quod praesentans adiectas acceptationi condiciones remittentem referre queat, eiusque placitum sequi teneatur; praesentans tamen, et ne in condiciones consensisse praesumatur, protestationem recte adhibet, quod et verba: *unterm Protest*, satis luculenterque indicare videntur. Sed quid si cambium sub conditione conceptum contractumque fuerit? (e) Eam quoque in acceptatione vel repetendam vel subintelligendam esse arbitror. Sufficit enim, acceptationem secundum mentem trassantis perfici.

(a) in *Ord. Camb. Hamb. Art. VI.*

(b) KOENIG. *Dsp. de Praesentat. litter. camb. §. 32.*

(c) vid. *Ius Camb. Dantisc. Art. 10. Ius Camb. Brandenb. Art. XIII.*

(d) vid. *Ord. Camb. Lips. §. 8.*

(e) LVDOVICI in *der Einleit. zum Wechs. Proc. Cap. 3. §. 10. it. KOENIG. in Nota IV. ad §. 26. Ord. Camb. Lips.*

§. XXVII.

*Interdum fit
acceptatio in
honorem trassantis.*

Si cambium acceptare Trassatus recuset, quod omnino facere potest, protestatio more consueto interponenda est. Sed de huius vsu paullo post agemus. Hoc loco de illa acceptatione videndum, quam in honorem trassantis alteriusue fieri dicunt, eo fine, ne cambium absque effectu ad remittentem redeat. Scilicet, cum cambiale negotium magis magisque inualeceret, et trassantis et remittentis maxime intereffret, ne cambia inania efficerentur et adimplemento destituerentur; euenit, vt non solum euentuali alios amicos, in casum non accepti cambii, mandato, de cambio soluendo, instrue-

instruerent, verum etiam sponte negotii alieni gestores interuenirent. Inde prodiit acceptatio in honorem trassantis vel indossantium, ad eorum fidem liberandam seruandamque a tertio, qui in litteris collybisticis nominatus non est, facta. De hoc honorario cambiorum adimplemento Statutum Rigenſe *Art. VIII. l. c.* ita disponit: Es mag auch ein Dritter dem Zieher zu Ehren, da der andre den Wechsel nicht honoriren wollte, acceptiren und zahlen, jedoch daß er durch **Transport oder Protest** den Wechselbrief zu sich nehme, und damit das seine wieder fordern könne. *Conspirat cum his Constit. Regia Art. 12. verbis:* Sollte ein anderer, im Fall der, auf welchen der Wechsel gezogen oder gestellt ist, Ihn nicht annehmen wollen, sich anbietern solches zu thun, stehet ihm solches frey, doch mit Protest, daß dieses zu des Wechselgebers honcur, und weil der, auf welchen der Wechsel gestellt war, es gewegert, geschehen sey, und ist alsdenn dessen Annehmung eben so gültig, als wäre es von dem in dem Briefe benannten Wechselbezahler geschehen. Ex his LL. Rigenſium sanctionibus patet, hanc acceptationem cambii non nisi praeuia protestatione recte perfici, siue hunc honorem exhibeat tertius, siue trassatus, siue ipse praesentans. Sed quis protestationem interponere debet, an acceptans honorarius, an vero cambii possessor? Finis huius protestationis non alius est, quam vt trassatum cambio suscipiendo defuisse, probetur. Vnde sequi videtur, alterutrius protestationem ad hunc scopum obtinendum, sufficere. Plerumque tamen praesentans protestationem interponit. (a) Necessarium quoque est, speciatim in hac acceptatione eum indicare, cuius honori acceptans consulere voluit. (b) Ab hoc enim solo repetere valet, quod pro cambio soluit. (c) Porro statutum Rigenſe indossamentum in acceptantem fieri iubet: an vero hoc protestationi iungendum,

gendum, vox oder dubium reddit. Non necessariam haberi cambii cessionem in aliis emporiis *Ius Camb. Lips. §. XVII.* his verbis probat: Wann nun solches geschehen, und die Bezahlung erfolget, soll der Acceptant dem Inhaber des Briefs in allen Rechten und Zusprüchen, ohne einige Ordre, und fernere Cession, ipso iure substituivret seyn, entweder an den Trassirer, oder an denjenigen, dem zu Gefallen er den Brief honorivret, das Capital und sämtliche Unkosten wieder zu suchen. Vt vero satisfiat iuri patrio, vtrumque coniungendum, arbitror, nisi vsus aliam interpretationem receperit. Denique, an invito praesentante, admitti debeat honoris causa acceptans, verbis quidem expressis ius Rigense non definit; recte autem consensus praesentantis requiritur. (d) Interim siue trassatus ipse, siue alius in honorem trassantis accipiat, caueat presentans ne literas cambiales ante actum solutionis acceptanti tradat. Ratio in promptu est, quia alias si fidem datam acceptans servare nolit, omnis probatio presentanti deficeret.

(a) vid. *Ord. Camb. Lips. dict. §. XVII.*

(b) conf. *Dn. Praesid. in der Einleitung zum Wechselrecht. cap. V. §. 3.*

(c) vid. *Ius Camb. Dantisc. Art. XIII. Ius Camb. Prussic. Art. XXXVIII.*

(d) *Ius Camb. Dantisc. Art. XI. Ius Camb. Art. XXIV. vid. Dn. Praesid. Einleitung zum Wechselrechte c. I.*

CAPVT VI.

§. XXVIII.

Cap. VI.
De cambii solutione agens.

Nunc de effectu acceptationis agamus. Eundem his verbis statutum Rigense l. c. Art. I. expressit: Würde einem ein Wechselbrief praesentiret, und er denselben acceptivret, so ist er als Selbstschuldner zu zahlen schuldig. Conspirat *Ius Suecic. Art. XIV.* Sobald, inquires, der Wechselbezahler, auf welchen

welchen der Wechsel etwa gezogen, denselben zu bezahlen angenommen, so ist er mit Recht verbunden, denselben auf den Verfall-Tag an des Wechslers Mann oder dessen bey Namen genannten Bevollmächtigten zu erlegen und auszuführen. Antequam ad alia tranſimus, obseruandum est, acceptantem einen Selbstschuldner siue expromissorem dici, atque hoc loco notandum arbitramur, sola acceptatione cambii trassantem ab obligationis vinculo non liberari, aut hac nouationem induci, quod olim interpretibus nonnullis, falso tamen, persuasum fuit. (a) Tenetur ergo acceptans cambio transcriptam pecuniae quantitatem exsoluere. Singularia quae in hoc argumento occurrunt, collecturus, *quando, cui, quomodo* soluendum sit? secundum *Iur. Rigens.* placita exponam. De termino solutionis generatim tenendum est, eundem vel *pacto* vel *lege* determinari. Sic inter mercatores terminus à *Vista* spatium XXIV. horarum, a momento praesentationis computandum exprimit. *Vox à Vso*, terminum lege vel vsu firmatum indicat. Conuentione vero solutionis diem arbitrio contrahentium desinire, fas est. Generatim, tempus ad soluendum destinatum, vel a proximo die scripti cambii, vel a tempore acceptationis, currit. Non ignoro varias LL. specialium de termino solutionis definitiones, quas congerere non vacat. Colligam potius ea ex iure patrio, quae ad hunc locum spectant. Prodeat ergo statut. Rigens. l. c. Art. IX, vbi sequentia occurrunt: Niemand ist gehalten, einen Wechselbrief vor seinem Verfalltage zu bezahlen: denn da es sich zutrüge, daß der, an welchen die Zahlung vor der Zeit geschehen, inmittelst fallirte auf den Fall ist die Bezahlung zu Nachtheil und Gefahr desselben, der vor der Zeit gezahlet hat. Idem repetit *Lex Suecic.* Art. XVIII. Es mag keine Auslieferung oder Bezahlung auf einem Wechsel geschehen, ehe der in dem Wechselbrieſe gesetzte Tag da ist;

G

geschicht

geschicht das, muß der Wechselbezahler selbst auf seine Verantwortung und Gefahr nehmen, was daraus erfolgen kann. Prior *legis patriae* articulus, praeter regulam, casum specialem damni ex praematura solutione orti, sistit. Caeterum cum solutionis dies saepius cambiis in eius fauorem adici soleat, qui solutionem facere debet, nihil obstat, quo minus citius ille, et salvo contra transantem iure suo, soluere queat, modo nihil inde damni incommodiue emergat. Euius quoque iuris est, diem solutioni dictum integrum debitori cedere, inde Lipsiae inualuit, vt protestationes, propter solutionis defectum, vsque ad X. post solis occasum horam, admittantur. Vterius silentio non praetereundum est, in plerisque emporiis certos post termini ad soluendum destinati lapsus dies, quos discretionis vel respirationis vocant, constitutos deprehendi, intra quos adhuc fieri potest solutio. Varios illos dies esse, modo pauciores, modo plures, LL. cambiales et vsus locorum indicant. (b) De his *ius Rigense Statut. Art. V.* sequenti ratione disponit: Es muß ein jeder Einhaber eines acceptirten Wechsels nach der Verfallzeit fleißig mahnen; zahlet aber der Acceptator nicht, soll der Einhaber innerhalb 12 Tagen protestiren. *Lex Suecica Art. XX.* breuius et X. dierum spatium constituit. Sed Rigenses, introducta lege Suecica terminum Statuto expressum, teste Frankio (c) retinuerunt. Hoc discretionis tempus de momento in momentum et adeo secundum iuris ciuilibus analogiam, inclusis etiam diebus feriatis, currit. Si forte vltimum discretionis diem in feriatum diem incidere contingat, iuxta quosdam ordinationes cambiales (d) die antecedenti protestatio interponenda. Quaeritur autem: an praesentans lapsus huius spatii expectare teneatur antequam protestatione vtatur? Negatur, si illi dies in gratiam praesentantis, affirmatur si in fauorem transati recepti sint. Vtrumque ex cuiusuis loci Legibus

cog-

cognoscendum est. Cum ergo Ius Rigense protestatione vti ante lapsum termini praesentantem iubeat; probabile videtur, eundem suo satisfecisse officio, quocumque die discretionis hoc medium adhibuerit. Denique et hoc notari meretur, dies respirationis pactis prorogari trassati et praesentantis non posse (e).

(a) Vid. quos allegat FRANK in *Dsp. de Iure ad implementi litt. Camb.* §. 10. not (m).

(b) Vid. *Corp. Iur. Camb. P. II. p. 423. sqq.*

(c) In *Dsp. de induciis ad litt. Camb. solvend. earum termino addi solitis.*

(d) Has videre est in *Dn. Praesid. Einleitung zum Wechselrecht c. IV. §. XXVI.*

(e) Conf. FRANK, *Inst. Iur. Camb. Lib. I. p. 301.*

§. XXIX.

Uterius disquirendum venit, cui facienda sit ex cambio suscepto solutio? Soluendum vero *iusto pecuniae exactori*, quem vel ipsae litterae cambiales, vel indossamentum demonstrant, aut qui alio documento ad causam hanc sese legitimare valet. Pertinent ad hunc locum verba *Iuris Suecici Art. XIV.* quibus solutio an des *Wechslers Mann* seu Praesentantem, oder dessen bey Namen genannten Bevollmächtigten praestanda iniungitur. Hinc et famulus, cuius ministerio ad recipiendam pecuniam praesentans vtitur, mandato scripto instructus esse debet. (a) Nec sola ad hunc finem cambii possessio sufficere creditur, nisi forte adiunctae remittentis litterae ipsum legitimum exactorem probent. Nec solum blancum indossamentum, vel Giro in bianco, nisi adscriptis indossatariorum nominibus, sufficiens ad actionem cambii habetur. (b) Nec possessor cambii secundi solutionem recte vrget, nisi in promptu adsit primum, cui acceptatio inscripta est. Existente vero circa legitima-

Qu. II.
cui solutio faci-
cienda.

tionem defectu, possessor cautionem idoneam praestat, aut
 trassatus ad iudicalem pecuniae depositionem admittitur. (c)
 Pergit lex allegata: und hat der Wechsel selbst keine Macht,
 anders damit zu disponiren, oder seinen Mann aus allerhand
 vorwendenden Ursachen zu verändern oder zu verwechseln,
 sondern der Wechsel soll ganz und gar unverweigert an denje-
 nigen bezahlet werden, auf welchen er ausdrücklich lautet.
 Fundamentum dispositionis in iure praesentanti quaesito ex
 acceptatione consistere, non dubito. (d) Tralatitii iuris
 habetur, in hac decidenda quaestione, considerandum esse,
 an praesentans nudum procuratorem agat, an vero pecu-
 niam, cambio transcriptam, a trassante vel remittente, tan-
 quam alterutrius creditor in solutum accipere debeat. In
 lege patria regula ius, mutandi exactoris personam et traf-
 santi et remittenti adimit. Ab hac vero regula duas an-
 necht exceptiones, quarum prima ita exprimitur: es wä-
 re denn, daß derselbe entweder durch ein gemeines Gerüchte,
 oder andere genaue Kundschaft dem Wechselbezahler dermaßen
 bekannt wäre, daß er unvermögend und in einem schlechten
 Zustande sey, auf solchen Fall mag der Wechselbezahler wohl
 anhalten. His verbis trassato solutionem differre permittitur,
 deficiente licet remittentis mandato contrario et parum re-
 fert, an exactor pecuniae merus sit procurator; an vero
 cambii dominio gaudeat, siquidem et hoc casu ob motum
 iam creditorum concursum praesentanti solui nequit. (e)
 Secunda exceptio casum, quo solutio mandato trassantis vel
 remittentis contrario impeditur, hunc in modum tradit:
 Gleichergestalt muß auch der Wechselbezahler auf des Wechs-
 lers oder des Wechselgebers Begehren mit der Zahlung inne-
 halten, wenn ihm solches durch eine Notariat-Schrift von
 einem derselben verbotten wird, wenn nur der Wechsel auf
 einer gewissen Person Namen gestellt ist, ohne Beysatz dieser
 Worte

Worte (oder dessen Ordre, Bevollmächtigte und Befehlshaber) so ist der Wechselbezahler auf solchen Fall schuldig, des Wechselgebers rechtmäßigen Verboth wegen der Bezahlung nachzuleben. Relata legis verba tria requirunt momenta, quibus positus mandatum de non soluendo seu reuocatio cambii iusta efficitur. (f) I. Declaratio voluntatis instrumento Notarii probari debet, vt eo certius de mutatae voluntatis veritate constet. II. Cambium, quod absque indossandi facultate in praesentantem conceptum aut indossatum est, supponitur, III. Causae mandati contrarii iustae, requiruntur, quae meo qualicumque iudicio aut inde nascuntur, quod praesentanti iamiam aliunde satisfactum sit, aut quod iusta interim retentionis causa suborta, trassantis vel remittentis securitati haec ratione consulere permittat.

(a) conf. Augspurg. Wechs. Ord. c. IV. §. 5.

(b) Danzig. W. O. Art. XXVII.

(c) *Ius Camb.* Lips. §. XI. *Hamb. Art.* XLI.

(d) vid. FRANK. *Inst. Camb.* L. II. S. IV. Tit. I. §. 3.

(e) L. 6. §. 7. D. de his quae in fraud. cred.

(f) HVBER. *Prael. ad ff. ad Tit. Mandati* §. 12.

§. XXX.

Ipsa vero solutio parata pecunia, eo, qui in cambio praescriptus est, modo perfici debet. Hanc sententiam *Ius Succicum Art. XV.* his verbis tuetur: Alle Wechsel müssen mit baarem Gelde solchergestalt, wie verabhandelt worden, wieder bezahlt werden. Quod licet indoles negotii luculenter demonstrat, saluum tamen manet trassato et praesentanti, cambii domino, de alio solutionis modo pacisci. Idque probant, quae in lege allegata sequuntur verba: Wenn aber des Wechslers Mann, welcher die Gelder entgegen nimmit, mit dem Wechselbezahler, der solche ausgeben soll, sich der

Qu. III.
Quomodo sol-
vendum.

a) Soluend.
parata pecu-
nia.

Bezahlung wegen auf eine andere Art vereinbahren will, und solches mit Waaren oder andern Mitteln, geschehen lässet, stehet ihm solches frey, und ist der Wechselbezahler nach einer so gutwilligen Vereinbahrung vor anderer Ansprache, diesen Wechsel angehende, frey. *Licitam quoque esse, et vim solutionis habere, compensationem ex debito praesentantis, ad quem cambii proprietates pertinet, aut remittentis, si ille sit nudus huius procurator, ius commune dubitare vetat. (a)* At enim vero solutionem, mediante scontratione, inuito creditori obtrudere, analogiae iuris cambialis contrarium videtur, quippe quae, ut dictum, paratam pecuniam exponit (b). Modum scontrationis, ab aliis descriptum (c), huc adferre non placet. Eadem principia *lex citata §. XVI.* applicat: der, welcher die Bezahlung oder Würde (Interesse) vor einen Wechsel haben soll, ist nicht schuldig wider seinen Willen, zu seiner Sicherheit oder Vergnügung weder von dem Wechselbezahler oder Wechselgeber einige andere Wechsel oder Handschriften anzunehmen; und wenn er schon dieses thäte, so ist dennoch desfalls der Wechselbezahler von seiner Schuld nicht frey, ehe und bevor die wirkliche Bezahlung darüber erfolget. *Quod priora huius dispositionis verba attinet, nihil in illis obscuri latet, interpretatione declarandum, sed in posterioribus hoc singulare notandumque occurrit, quod licet creditor ex cambio a trassato assignationes aut alia cambia cautionesque scriptas, cessionesue in vicem solutionis, acceperit, hic tamen omni casu ad nominum cessorum veritatem et bonitatem praestandam obligatus maneat. Hoc certe quemadmodum in cambiis, etiam indossatis, certi iuris est; ita talis sanctio, iuris civilis regulis contradicens, favore commerciorum introducta videtur. Dantur vero leges cambiales, quibus assignationes cambiorum exactores recipere certa*

certa ratione tenentur, quod *Ord. Camb. Lips. (d)* probat. Sed verba: dem Creditori anständige Assignationes, praesentantis arbitrium non penitus excludunt. Cumque assignatio vim solutionis perfectae non habeat, nec cambium trassato ante pecuniae solutionem eiusdem possessor tradere tenetur, quod *Art. XVII. Legis Suecicae* indicat: Wenn einer einen Wechsel-Brief in Händen hat, und die Zahlung davor fodert, ist er solchen weder dem Wechselbezahler noch einem andern abzugeben schuldig, bis er der Zahlung wegen vollkömmlich vergnügt. Porro integrae quantitatis cambio expressae solutio facienda est. Vti particularem solutionem quicumque creditor inuitus accipere non tenetur (*e*), ita idem in cambiis asserendum est. De hoc argumento *Lex Suecica Art. XVII. §. 1.* ita disponit: Hat nun jemand einen Wechselbrief ganz angenommen, vermag aber denselben am Verfall-Tage nicht mehr, als auf einen Theil viel oder wenig zu bezahlen, so nimmt alsdenn des Wechslers Mann, so viel ihm bezahlet wird, an, protestiret aber nichts desto minder wieder die unvollkommene Zahlung. Teneturne ergo solutionem particularem praesentans inuitus accipere? Verba legis hoc expresse non definiunt; non cogi eum communis est opinio, quod et in quibusdam ordinationibus cambialibus dispositum legimus (*f*), aliud alibi, vt Hamburgi (*g*) introductum. Sed vero mihi similius videtur, Ius Suecicum, ad particularem solutionem recipiendam, cambii exactorem obligare, propter residuam tamen pecuniae quantitatem protestationem interponere tenetur. Quo loco non inconueniens videtur, quod hoc casu existente, *Ord. Camb. Lips. (b)* de notatione cambii introduxit. Scilicet obsignatur a Notario cambium; residuo autem non soluto, protestatio postea interposita pro facta eodem die, quo debitum cambiale exigi potuit, habetur.

β) Integra
quantitas.

(a) RE-

(a) REMERVS de vero Obligat. valore, Sect. II. c. 23. §. 68.

(b) Vid. Braunschw. W. V. Art. 24. 50.

(c) Ord. Lips. Camb. §. 24. Conf. LVDOVICI Wechselproc. p. 196. seq.

(d) §. 25. conf. ibi KOENIG in not.

(e) Vid. MAEVIUS P. II. Dec. 208.

(f) Ord. Camb. Lips. §. 17. Danz. W. V. Art. 23.

(g) Ord. Camb. Hamb. Art. 33. (h) §. 25. in fine.

§. XXXI.

2) Quo genere monetae?

Sed quo genere monetae cambio satisfaciendum est? Varians enim monetae valor, internus maxime, diuersam pecuniae computationem et velut pretium, quod Agio dicunt, dudum introduxit (a). Et in hac disquisitione primo loco ad trassantis et remittentis conuentionem, in ipsis litteris cambialibus expressam, respici debet. Si generatim certae quantitatis solutio, absque vlla monetae expressione, trassato iniungitur, aut vox: Wechselzahlung, oder: Wechselgeld adiecta est, illud monetae genus praestandum, quod consuetudo aut leges loci in negotiis cambialibus admittunt (b). Si certa nummorum species in cambio designatur, illam soluere, iustum est. Quod *Ius Rigense* attinet, huc transferendum est, quod Art. XXIV. legitur: Ist ein Wechsel auf eine besondere Münzsorte gestellet, soll die Bezahlung auch in derselben geschehen, und vergnügt werden. Sed si interea monetae valor siue internus, siue externus mutatus fuerit, quomodo facienda sit solutio, dubio non caret. Mea sententia pactis conuentis standum est, idque genus monetae soluendum, quod cambio expressum, eoque modo computandum, quo tempore contracti cambii illud computari consuevit, siue valor monetae creuerit, siue imminutus fuerit. Aliam monetam Praesentanti obrudi non posse, licet Collybus offeratur, fides conuentionalis, sancte seruanda, euincit.

euincit. Si nullum monetae genus cambio expressum fuit, valoris in loco solutionis et moris recepti ratio habenda. Ita enim *Lex Suecica* l. c. rem definit. Wenn solches aber nicht geschehen, (si de moneta nihil conuentum) so bezahlet man mit allerhand Münze, welche an dem Orte, da die Bezahlung geschehen soll, ausgenommen kleine Scheidemünze, wovon alleine bis fünfzig Rthlr. und nicht mehr in Bezahlung gegeben werden kann, gangbar; wobey aber dennoch die Verordnungen, welche über die Münze ausgegangen seyn, oder noch ausgehen möchten, in acht genommen werden müssen *Vfu* plerumque inter mercatores introductum, vt vilissimae pecuniae species in solutione cambiali, nisi pro parte, reprobentur (c). *L. thaleros in moneta minuta, soluere, permittitur, quod non de singulis centenis, sed de tota quantitate intelligendum videtur.* Alibi XXV. Imper. in singulas centenas accipere creditor, tenetur (d). Et cum interdum contingat, vt certae monetae species, licet lege publica ad minorem valorem reductae, maius tamen pretium *vsu* obtineant; id in solutione cambiorum *Lex allegata* prohibet, et potius sanctiones, monetae valorem determinantes observare, iubet. De moneta prorsus reprobata eod. Art. §. 1. ita disponitur: Ein jeder Wechsel, welcher mit dem Bedinge geschlossen wird, daß der Wechsel oder Wechselbezahler mit unwichtigem oder verbotenem Gelde bezahlen möge, soll ungültig, und von keiner Würde seyn, und mag keiner von ihnen, welche solchergestalt mit einander schließen, zu Vollstreckung solches Schlusses gezwungen werden. Euidens est Legis ratio. Moneta prorsus reprobata inter res, extra commercium positas, refertur, quae, si in contractum deducantur, vt illo vitio laboret nullitatis, non solum efficiunt, sed nec contra-hentes legis transgressionem impune semper ferunt. Inde est, quod debitor, in reprobata prorsus moneta soluens,

H

non

non liberetur (*e*). Si moneta in cambio expressa in loco contractus valorem obtineat, in loco vero solutionis eodem destituatur, cambium nec acceptandum nec soluendum videtur. Plura non addo, cum legis sententia ad species occurrentes facile applicari queat.

(a) Conf. FRANKIVS in *Inst. Iur. Camb. Lib. I. p. 148. seq.*

(b) Vid. *Ord. Camb. Lipsf. §. XXII.*

(c) Conf. LVDOV. in *Proc. Camb. Cap. XI. §. 38. seq.*

(d) Conf. *not. 4. ad Ord. Camb. Lipsf. §. XXII. In Corpor. Iur. Camb. P. I. p. 37. et Mandatum speciale Lit. H. adiunctum, p. 70.*

(e) CARPZOV. *P. II. Conf. XXVIII. Def. 3.*

CAPVT VII.

§. XXXII.

Cap. VII.
De Vsu protestationum
in cambiis.

Nunc de protestationibus, quae in exactione cambiorum adhiberi solent, videamus. Iam aliquoties earum in *LL. Rigensibus* mentio facta, ne singula repetamus, efficit. Interponitur protestatio ob defectum acceptationis, vel solutionis, vel vtriusque, etiam si illa non rite et pure fiat, aut haec non integra praestetur. Finis protestationis ad id generatim prodest, vt praesentans sibi contra remittentem aut trassantem et indossantes indemnitate seruet, seque in exigendo omnem adhibuisse diligentiam, probet. Ea saltem hoc loco adferam, quae in *Legibus patriis* notatu digna supersunt. Sic *Statutum Rigense cit. Lib. V. Tit. VIII. §. 2.* protestatione post cambium praesentatum, idque non acceptatum, intra tridui spatium vti, praesentanti permittit. Subsequens vero §. 3. de hoc argumento ita loquitur: Will also nach den dreyen Tagen der, welchem der Wechsel präsentiret ist, noch nicht acceptiren, so muß der Inhaber davon protestiren, und den Protest zurücksenden, den Wechselbrief also

also lang bey sich behalten, bis derselbe betaget; wollte alsdenn der andere noch zahlen, muß der Inhaber empfangen, jedoch daß die Unkosten, auf den Protest gewandt, ihm zugleich erstattet werden; wollte er aber nicht zahlen, so protestiret der Inhaber des Wechsels billig vom Capital, Interesse, Hindern und Schaden, und sendet den Wechsel, nebst dem Protest zurücke, und fordert Capital, nebst Interesse und Schaden, von dem Principalaufnehmer der Gelder. Ad statuti sententiam declarandam α), notandum: loqui illud de cambio, quod terminum solutionis ex die scriptionis, habet β), et supponi acceptationem, non simpliciter negatam, sed spem superesse, fore vt, illa adhuc subsequatur. His positus duplex protestatio, vt aliis quoque legibus (a) iniungitur, cum acceptatione simpliciter recusata, secunda protestatio et cambii retentio superflua omnino videatur. Alibi, protestatio, duplex semper necessaria est (b) . De tempore protestationis agit *Legis Suecicae Art. 20. §. 1.* ita rem definiens: Alle Protesten, die in unserm Reiche, oder in dessen darunter liegenden Ländern geschehen, und darum aufgerichtet werden, daß der Wechsel nicht rechtmäßig nach der Annahme bezahlet worden, müssen, ehe der zehende Tag verflossen ist, vor und nach dem Verfalltage des Wechsels an zu rechnen, gethan seyn, worunter die Sonn- und heiligen Tage mit begriffen sind. Cambii tenor protestationis instrumento ad negotii certitudinem inferendus est, idque stilus in aliis emporiis receptus, probat. Singulare est, quod illi, qui ex negotio cambiali tenetur, trassanti, remittenti, indosantibusque protestationis tabulae transmitti debeant. Solent plerumque Notarii et testes ad protestationis actum adhiberi, quorum instrumenta fide publica nituntur, immo etiam in quibusdam emporiis certi ad hunc actum Notarii constitui consueverunt (c) . Caeterum protestatio, ab ipso praesentante

facta, nec iniusta, nec prorsus inutilis, sed ob defectum promptae probationis, incommoda solum censenda est. Quod denique protestationis effectum attinet, eundem *dict.* *Art. Ius Suevicum* his explicat verbis: Wenn ein Protest solchergestalt nach eines jeden Landes Verordnung eingerichtet, so hat er seine Rechtskraft, daß der Wechselgeber daher verbindlich gemachet werden kann, dem Wechseler vor seine rechtmäßige Forderung, Rede und Antwort zu geben. Saluam ergo seruat protestatio praesentantis actionem contra trassantem, secundum notissimum illud axioma: Protestatio conseruat ius protestantis. Vnde sequitur: *a*) deficiente vel acceptationis necessitate, aut, propter non sequutam solutionem, contra alios regressu, protestationes esse superfluas (*d*). Nec minus, *β*) protestationem tuto omitti posse, hoc loco obseruandum duco, si trassans illam expresse remiserit et se ad indemnitatem, protestatione etiam deficiente, praestandam obstrinxerit (*e*).

(*a*) Vid. *Ord. Camb. Lips.* §. VI. (*b*) *Ius Camb. Pruss. Art. XXV.*

(*c*) Vid. *Ord. Camb. Frankofurtb. Art. IX.*

(*d*) Conf. *Ius Camb. Pruss. Art. III. it. Lipsense* §. 4. et 32.

(*e*) Vid. *FRANK. Instit. Iur. Camb. Lib. I. Sect. IV. Tit. 1. §. 6. in not.*

C A P V T V I I I.

§. XXXIII.

Cap. VIII.
De obligationibus et actionibus ex cambiali negotio descendenti-
bus.

Ex negotii indole, quam hactenus deducta demonstrant, fundamenta obligandi agendique facili negotio cognoscuntur. De pacto contractus cambialis praeparatorio non ero sollicitus, quippe quod inter trassantem et remittentem mutuas actiones, ad promissa seruanda, et quod interest, producit. Silent de hoc *LL. Rigenses*. Si cambium datum, sed pretium eiusdem nondum solutum, trassans contra remittentem recte experitur. De hac actione ea, quae

quae supra §. XVII. ex *Legis Suecicae Art. IV.* eiusque cum-primis §. 2. de Valuta soluenda adducta fuerunt, veniunt repetenda. Cambio soluto inter trassantem et trassatum oritur actio mandati, qua hic ab illo suum repetit, et ad hanc obligationis speciem *Legis Suecicae Art. XXI.* pertinet, quo ita cautum legitur: Wenn nun der Wechselgeber immittler Zeit, daß der Wechselbezahler den übergesandten Wechselbrief angenommen, und ein Genügen gethan, unvermügend wird, so daß der Wechselbezahler an ihm zu kurz kommt, so hat er doch keine Ansprache noch recht desfalls, weder an den Wechsel, dessen Mann, oder irgend einen andern, dem der Wechsel vermittelt Aufschrift und Ueberlassung zukommen kann, sondern hält sich allein an dem, der den Wechsel an ihm ausgegeben, und auf dessen Ordre er denselben angenommen und respectiret hat. Scilicet, trassatum solus trassans indemnem servare tenetur, adeo, vt ne contra illum trassato detur actio, qui Valutam nondum praestitit (a). Quod si autem pretium cambii nondum solutum, mandato de non soluendo, in remittentem directo, trassatus recte sibi consulit. Si trassatus merces, ad trassantem pertinentes, forte teneat, cambioque, facta solutione, satisfecerit, *Iure Cambiali Lips.* (b) summa aequitatis ratione constitutum est, vt venditor mercibus sibi ipsi prospicere, queat, et ad residuum solummodo, deducto cambii pretio restituendum obligetur, licet trassans, excitato creditorum concursu, foro iam iam efferit. Sed transeamus ad alia. Praesentanti contra trassatum non minus et trassantem, quam indossantes datur actio. De hoc ergo actionis fundamento, quid *Ius Rigense* specialius constituerit, *Art. XXII. Legis Suecicae* his exponit verbis: Wer einen Wechselbrief zu vergnügen und zu bezahlen angenommen hat, hernach aber bey dem Verfalltage solcher seiner Pflicht nicht nachkommt, und ein Gnügen thut, der soll alsdann rechtlich

dazu angehalten werden, daß er nebst der Bezahlung allen Schaden Verschmiss des Gewinns und Unkosten gut thue. Hic locus non tam de effectu acceptationis loquitur, de qua iam supra §. XXVI. actum fuit, quam de actione, quae ad effectum illum realiter obtinendum, datur. Quo nomine actio veniat, parum prodest inuestigare. Pacto illa nititur, ad cuius implementum tendit, adeoque personalis est, eamque processum executivum operari probatio per litteras cambiales, in continenti liquida, et causae fauor demonstrant. Et cum moris plerumque sit, vt non sequuta solutione et interposita protestatione, cambium cum protestationis instrumento ad remittentem remittatur, quaeritur, an sine cambio vtiliter et executiue contra acceptantem agi queat? idque eo magis cum in adducta lege verba: der soll rechtlich darzu angehalten werden, rigorem processus cambialis innuere videantur. Sed *Constitutio Suecica* nullibi cambii ipsius, sed instrumenti protestationis saltim, celere et necessariam transmissionem requirit, idque sine dubio ideo, quia vt mox dicetur, contra trassatum primo loco praesentans experiri tenetur. Vterius de obligatione trassantis *Lex* citata dicit. Art. §. I. hunc in modum disponit: So ist auch derselbe welcher des Wechslers Geld entgegen genommen und den Wechselbrief ausgegeben hat, auf gleiche Art an alles verbunden und schuldig, wenn nur die Protestation zu rechter Zeit geschehen, maßen keiner von ihnen beyden von des Wechslers Bezahlung und den daher entstandenen Schaden Stand befreyer werden kann, ehe und bevor der Wechsler vollenkömlich davor vergnügt worden, unangesehen an wem entweder einen oder mehr dieser Wechselbriefe unterdessen vermittelst des einen Aufschrift an den andern übertragen seyn mag. Ad illustranda haec legis verba obseruo, I) trassantem praesentanti et remittenti eadem ratione, vti trassatum, in solidum

dum teneri. Id enim inter plures, ex cambio obligatos, favor mercaturae in plerisque emporiis introduxit, ut singuli in solidum teneantur. Iuvat ad hoc illustrandum *Ius Camb. Lips.* (c) Es bleiben auch sodann alle Interessenten, sowohl der Trassirer, als ein jeglicher Indossirer, nichts destoweniger, bis zur endlichen Richtigkeit, in solidum verhaftet. Vterius II) obseruo: Vitium protestationis liberare trassantem, quod *Art. XX.* in verbis. Wann solche Zeit versäumet wird, bleibt der Wechselgeber von aller weitem Ansprache frey, docet. Porro III) notandum duco, solam praesentantis cambium, vel illud remittentis plenariam satisfactionem trassantem, trassatumque liberare, nec adeo particularem solutionem sufficere vid. supra §. XXX. Denique IV) ut verba in fine posita recte intelligantur, notandae sunt illae quorundam emporiorum LL. quibus cauetur, (d) ut perfecta protestatione pecuniae cambialis solutio prius ab indossantibus petatur, quam trassans ex hac causa conueniatur. Hanc vero iuris regulam *Lex Suecica* admittere noluit. Inde tamen neutquam colligendum arbitror, indossantes ab huius obligationis nexu liberari.

(a) vid. *FRANK. Inst. Camb. L. II. p. 163. §. 4.*

(b) vid. *Ius Camb. Lips. §. XXXIV.*

(c) in §. XX. *IDEM statuit Ius Camb. BRUNSWIC Art. LIII.*

(d) *Ius Camb. Lips. §. XIX. Ordinatio. Recogn. Proc. Sax. in Append. §. XIV. Ius Camb. Brandenb. Art. XXXVI. Ius Camb. Dantisc. Art. XXVIII.*

§. XXXIV.

Nondum mihi deferendum est, in quo decurro, stadium. Assertum fuit hactenus obligationis vinculum, quo trassans trassatusque praesentanti obstringitur. Nunc quis primo loco conueniendus sit ex praeceptis iuris patrii, videndum est. Sed antequam hoc expediam notandum est, complures cambiorum LL. et consuetudines auctori electionem, immo,

De ordine in conventionibus seruando.

inmo, quod plus est, et variationem permittere, prout sua ille interesse, arbitratur (a). Ab hac vero doctrina *Constitutio Suecica* diuortium facit, sequentem in modum *Art. cit. §. 2.* ordinem conuentionis constituens. Weilen sie aber solchergestalt vor einerley Schuld gleich zu haften verbunden sind, und es leicht geschehen kann, daß sie zugleich an beyden Seiten angegriffen werden, und an beyden Orten, wo nicht alles, dennoch etwas bezahlen müssen, also ziemet es sich, zu Vermeidung solcher Angelegenheit folgende Ordnung zu halten, daß der Wechselbezahler allezeit zuerst an dem Ort, da die Bezahlung bedungen worden, gesucht, und die Auszahlung der Gelder zu Folge der geschehenen Acceptation von ihm gefodert werde, auf das beste es immer geschehen kann. Duo hic occurrunt singularia: α) Praesentantem obligari, vt primo loco conueniat trassatum. Vnde trassanti excussionis exceptio nascitur. Idque de vera trassati excussione, vt pateat, ad soluendum idoneum haud esse, intelligendum autumo, quod verba adducta, et quae paullo post sequuntur, luculenter demonstrant. β) Cauetur porro, vt actio in loco destinatae solutionis instituat, quod ita intelligendum arbitror, si trassatus in eodem deprehenditur, vel domicilium gaudet. Contra absentem ergo, si actio instituenda molesta et difficilis fiat, praeterito trassato, contra trassantem iudicium intrari posse, probabile videtur. Pergit *Lex citata*: und hat indessen der Wechsel keine Macht, den Wechselgeber weiter als zur Caution oder Einsetzung eines sichern Pfandes zu zwingen, ehe und bevor er beweisen kann, daß der Wechselbezahler seiner Pflicht weiter nachzukommen, unvermögend sey. Cum facile contingere possit, vt, durante contra trassatum instituta actione, trassans bonis labatur, permillum est remittenti trassantem adigere, in securitatem cambii contracti sufficiens pignus constituere. Quaeritur hoc loco: An bonorum

rum

rum immobilium possessio ab hac cautione liberet? Negatiue ideo respondendum videtur, quia cautio specialis, et ad producendum ius prioritatis idonea requiritur. Ad hoc argumentum, quod de securitate cambii agit, pertinet quoque dictae Constit. Art. XXVI. Wenn der Wechselgeber unvernünftig werden und zurücke kommen sollte, ehe der ausgegebene Wechselbrief an dem andern Orte angenommen worden, so soll der Wechseler den Vorzug vor allen andern laufenden Schulden, auf welche kein gewiß Pfand verschrieben ist, in seinem Eigenthum bis zu seiner Bezahlung genießen, doch so, daß die Zeit und des Wechsels Lauf dabey beobachtet werde. Tralatici iuris est, creditores cambiales in concursu creditorum ad vltimam classen, in qua nudi chirographarii, omni priuilegio destituti, collocantur, pertinere *b*). Singulare erga est ius praelationis, quod creditoribus cambialibus allegatus *Legis Artic.* tribuit eo casu, ubi cambio non acceptato, Remittens de valutae securitate sollicitus est. Praefertur ergo Rigae cambium omnibus hypothecis generalibus, legalibus etiam, si verba legis sequamur, nec aliud forte vfus introduxerit, solis hypothecis specialibus exceptis, quae an publice et iudicialiter constitutae esse debeant, *Lex* non definit. Quare nec pignorum specialium exemptionem cum Frankio *l. c.* ad hypothecas, iudiciali auctoritate firmatas, restringendam esse, asseruerim. Sed quid sibi volunt verba *Legis*: doch so, daß des Wechsels Lauf und die Zeit beobachtet werde? Mea qualicunque sententia hic requiritur, vt cambium legitimo tempore ad locum destinatae solutionis peruenerit, idque iusto tempore praesentatum fuerit. Idem ius ad casum quoque cambii acceptati, sed solutione destituti, applicandum esse videtur.

(a) Vid. §. cir. XX. Iur. Camb. Lipsf.

(b) FRANK. Inst. Camb. Lib. II. p. 168. §. 1. seq.

§. XXXV.

*De regressu
praesentantis
contra indos-
santes.*

Sequitur, vt de regressu Praesentantis contra indossantes pauca addamus. Nihil de hoc argumento in LL. Rigensibus diferte definitum esse, deprehendo. Numne ergo Rigae indossantes nunquam ad cambii pretium soluendum tenentur? Si, quid sentiam exponere licet, in subsidium quoque indossantes obligari, arbitror. Fulciunt indossantium obligationem, euictionem praestandi, plerorumque emporiorum leges (a), ex quibus pauca solummodo allego. Quin etiam recepta doctrina, de bonitate cambii praestanda, vsuque fori probata, indoli contractus cambialis maxime conueniens videtur. Inter plures vero indossantes an ordo seruandus sit, et qualis, ex cuiusvis loci legibus diiudicandum est (b). Sed nec huic argumento diutius immorabor. Quod actionis obiectum attinet, quae contra personas hactenus commemoratas datur, hunc *Lex Suecica* in modum illud *Art. XXIII* expressit: In allen Wechsel-Fehlern, die sich begeben können, soll der, welchen es zur Last kommt, außer dem Hauptstuhl nicht allein die Interessen, eines von hundert monatlich gerechnet, sondern auch alle Unkosten und Schadenstand, welcher durch Brieffschreiben, Protesten, Maklerlohn, Wechsel und Wieder-Wechsel, Prouision, Wechselversäumnis und anders was bewiesen werden kann, daher verursacht zu seyn, bezahlen, welches dem Gerichte zur Beurtheilung heimgestellt werden muß, woferne sie sich nicht gütlich vergleichen können. Pleraque, quae *Lex* expressit, vulgaria sunt, nec fusiori indigent explicatione. Sed solummodo ad singularia iuris inter mercatores recepti momenta pertinet, quod de eo, quod interest, cambium solutione destitui, eiusque quantitate legitur. Instruit *Lex* officium iudicis et regulam constituit, quae propter moram in soluendo commissam, adsint lucri vel cessantis vel damni emergentis caussae, illas iudex in iudi-

dicando attendere, et ex aequo et bono ius suum cuique tribuere tenetur. Singulas vero damnorum emergentium causas, earumque probationem non fusius exponam. Pleraque communibus notissimisque nituntur principiis. Quod *Recambium* attinet, moris esse nouimus, vt praesentans in loco solutionis, cambio non acceptato, vel non sequuta eiusdem solutione, mutuum contrahat et creditori in locum solutionis cambium in transantem directum, tradat. Quia vero in summam, recambio comprehensam, quidquid damni passus est praesentans, insimulque pretium, quod Wechsel-Cours dici solet, computatur, multa hic occurrunt, quae liti causam mouere possunt. Rem omnem velut in compendio exhibet *Ord. Camb. Lips. (c)* cuius verba adponam: Altem unziemlichen Bucher vorzubauen, und damit nicht das Interesse zum Capital geschlagen, oder Interesse von Interesse gefordert werde, soll kein Debitor gehalten seyn, vor einiges Interesse l'agio und Corso des Wiederwechsels zu haften, wo nicht durch gangsame Documenta oder sonstien (z. E. durch die Mäkler,) erwiesen worden, daß an dem Orte, wohin der Brief trassiret gewesen, der Creditor wegen zurückgebliebener Zahlung anderweit Geld auf Wechsel nehmen müssen und wirklich genommen, sondern in Ermangelung dieser Bescheinigung allein der rechte Wechsel samt dem Interesse und Unkosten, wie auch andern erweislichen Schaden ersetzt werden. Denique, dum ad finem huius Capituli progredior, occurrit *Art. XXVII. Legis Suecicae* de concursu cambiorum, reuertentium sequentia definiens: Im Fall unterschiedliche protestirte Wechsel, welche aus verschiedenen Handelsorten herrühren, auf einmal zusammen stoßen, so soll der Wechsel das Vorrecht genießen, welcher aus dem Handelsorte herrühret, allwo der Schuldige unvermögend und flüchtig worden, oder sich verstecket hat. Quae sit concessa cambiis prioritas, quando cum debitis hypothe-

De praelatione cambiorum inter se concurrentium agitur.



pothecariis concurrunt, *Art. XXVI.* iam iam §. XXXIV. recitatus definit. Hic *Legis* tenor cambiorum inter se concurrentium ordinem, et ius praelationis ad certam reducit regulam. Varias diuersasque LL. cambialium decifiones, hoc argumentum tangentes, Frankius exhibet, (d) quas huc transcribere nolo. *Lex Rigensis* cambio ius potius addicit, quod in illo emporio contractum, aut in eo solui debuit, (ita enim vocem: *herrühret* explicandam censeo,) ubi debitor bonis lapsus, et adeo de instanti creditorum concursu res ad publicam notitiam deducta fuit. Inde consequens est, si nullum ex cambiis concurrentibus in loco ius emporii habente scriptum, vel in talem locum directum deprehenditur, cessare *Legis* beneficium, et omnes creditores cambiales, pro rata crediti, ex bonis debitoris satisfactionem capiunt.

(a) vid. *Dansiger Wechselord. Art. XXVIII. Ius Prussic. Camb. Art. XXXV.* adde *MENKENIVM ad D. Lib. XVIII. Tit. IV. §. XV.*

(b) Conf. *FRANKIVS l. c. Lib. I. p. 451. seq.*

(c) *Ius Camb. Lips. §. XXX. Conf. omnino LVDOVICI in Proc. Camb. Cap. VI. §. IX.*

(d) *FRANK. l. c. L. II. p. 165. seqq.*

CAPVT IX.

§. XXXVI.

Cap. IX.
De modo procedendi Rigensium receptum pro agens.

Restat, vt pauca de modo procedendi, in caussis cambialibus Rigae recepto, addamus. Variantia in hoc argumento occurrunt Legum cambialium suffragia, quae ad duo summa capita possunt referri. Aut enim debitor cambialis statim ad recognoscendum aut diffitendum adigitur, et sequuta recognitione cambii, aliorumque documentorum, quibus actio innititur, arresto personali, donec soluat, detinetur, aut ad cauendum, pecuniamque deponendam compellitur, et si hoc praestare nequeat, carceri in subsidium mancipatur. Insignem LL. variantium cumulum exhibet *Corpus*

pus Juris Cambialis, quod cum in omnium manibus versetur, id exscribere superfedeo. Vt vero de rigore cambialis executionis eo certius constet, unicum ex *LL. Saxonice* novissimis (a) adducam documentum his conceptum verbis: Wider diejenigen Personen aber, welche sich nach Wechselrecht verbindlich obligiren können, wenn sie mit der Zahlung zu gesetzter Zeit nicht inne halten, soll einer jeden Obrigkeit, wo dieselben ihr Forum haben, oder sonst nach Beschaffenheit derer Umstände aus dem Wechselbrieffe belanget werden können, auch ohne vorher extrahirtes Wechselrescript dergestalt zu verfahren, frey stehen, daß sie, wenn der Kläger den verfallenen Wechselbrieff in Originali produciret, und sich dazu, bedürffens den Falls behdrig legitimiret, ohne vorhergehende Citation dem Schuldner die Wache setzen, und daferne derselbe den Wechselbrieff nicht sofort diffitiret, oder erhebliche und nach Art dieses Processus zuläßliche Exceptiones in continenti beybringen, so lange in Arrest, bis er sich durch wirkliche Zahlung, oder andere dem Creditori annehmliche Mittel dessen entbrechen, auch da er gleich darwider appelliren sollte, behalten möge. In *Statutis Rigenfis* nihil huc pertinens deprehenditur, quam quod de debitis liquidis et quae documentis guarentigiatis nituntur *Lib. II. Tit. XII. §. 3.* ita dispositum legitur: Ueber gestandene Schuld, Siegel und Briefe, so unstreitbar, soll man keinen Proceß, sondern die schleunige Hülfe innerhalb 14 Tagen verhängen. *Plenius processus cambialis* rationem describit, *Constitut. Suecica Art. XX.* cuius vt proponam sententiam, institutum requirit. Ita vero verba fluunt: Wird iemand verursacht wegen nicht Annehmung oder Bezahlung des Wechsels oder was vor Hinderungen und Einwendungen ihm gemacht werden möchten, daß er seinen Mann gerichtlich suchen muß, so gehet er alsobald zum Burgermeister und Rath, und zeiget allda den angenommenen Wechselbrieff oder den zu-

rückgenommenen Protest, oder andere seine Documenta nach Beschaffenheit der Sachen vor und aufs kürzeste es immer geschehen kann. Hoc loco de fori competentia disquiri posset, si longius diuagari liceret. Iudex domicilii, aut qui in loco contractus destinataeue solutionis ordinaria gaudet iurisdictione, semper competens in caussis cambialibus praesumitur. Nec forum priuilegiatum, aut in casu dubiae competentiae delegatio iudicis a principe impetranda excluditur. In Prussia Brandenburgica solum cognoscit Regimen Regiomontanum in caussis cambialibus. (b) Nec desunt exempla, vbi singulares magistratus ad lites cambiales dirimendas, constituti sunt. (c) Ait porro Lex adducta, celerrimam cognitionis viam adhibendam esse. Quo posito, quidquid ad solemnia processus ordinarii pertinet, in caussis cambiorum prorsus exulat. Idque testantur verba legis, quae sequuntur: die dann stracks dasselbige untersuchen sollten, ob es also richtig sey, und darneben ohne einiges Ansehen der andern Person, oder was er auch dabey einwenden möchte, ihrt ohne allen Aufschub dazu anhalten, entweder daß er die Summa des Wechselbriefes bey Gerichte in Sequester setze, oder satzfame und gnügliche Bürgen dafür stelle, oder bey Gerichte ein so gültig Pfand einbringe, als zureichlich seyn kann. His verbis excluduntur omnes exceptiones. Sed nimis dura omnino videtur haec Legis dispositio. Dilatorias exceptiones, aliasque altioris indaginis vsus communis reprobant. Sed exceptiones solutionis, compensationis aliasque, quae ius actoris, ob non seruata in cambii executione requisita, excludunt, prorsus reicere, ab omni iuris analogia remodum videtur. Sed ad aequitatis regulas rem reducere §. 1. videtur, cuius tenor paullo post dabitur. Pergit *Lex Suecica*, et de casu, si debitor dicto modo, cautionem praestare nequeat, disponit: Will oder
 verz

vermag er nicht stracks eines von diesen dreyen zu prästiren, soll er alsdenn selbst mit seiner Person haften, und kommt ohne des Klägers Bewilligung nicht eher los, ehe und bevor alles abgeurtheilet und erequiret worden. Quod si ergo actor, securus per cautionem redditus fuerit; soll das Gerichte dieselbe Sache vornehmen, und selbige darauf am allernächsten Gerichtstage, durch Urthel und Recht abthun, und was alsdenn geurtheilt und gesprochen wird, dem soll von dem sachfälligen Theil stracks nachgekommen und ein Gnügen gethan, oder im widrigen Fall aller Hinder- und Einwendung ungeachtet, rechtlich erequiret werden. Non ergo ulterior causae cognitio reiicitur; quare et exceptiones et probationes sub examen adhuc reuocari possunt. Cum post sententiam executio in bona iniungatur, non dubium est, illam eodem modo peragi, quo in aliis actionibus *Iure Rigensi* perfici solet. Ultimo denique *art. alleg.* verba de appellatione debitoris sequenti modo concepta leguntur. Doch daß derjenige, welcher gewonnen hat gnügliche Bürgschaft stelle, im Fall der, so die Sache verlohren, bey einem höhern Gerichte solche anhängig machen wolte, maßen ihm eine rechtmäßige Appellation keinesweges versaget werden kann. Ex his obseruo 1) appellationi vim deuolutiuam, non suspensiuam tribui; nec 2) admitti eandem ad impediendam executionem, quam alias processus ordinarius non penitus reipuit, denique 3) cautionem non ab appellante in casum temerariae prouocationis et succumbentiae, qua complura iudicia ad refrenandas friuolas appellationes vtuntur, sed ad restitutionem eius, quod actor per executionem consequutus est, ab appellato praestandum esse. Hic pedem figo, meque L. B. fauori commendatum volo.

(a) conf. *Appendix in O. R. §. 12.*

(b) *Ord. STRYK. Disp. de accept. litter. cambial. Cap. V. §. 2.*

(c) conf. *Ordinat. Mercat. Lipsiens.*



GENEROSISSIMO
DISSERTATIONIS AVCTORI,
AMICO AESTVMATISSIMO

S. D. P.
P R A E S E S

Reddo TIBI Dissertationem proprio Marte conscriptam. Nihil in ea mutavi, licet enim vno, alterove loco sententia reperiatur, cui non adstipulor, nolui tamen alia subiicere principia, quum et ea, quorum defensionem suscepisti, rationibus non careant. Elegisti thema non vulgare, quod commodis eorum potissimum inseruit, qui in dilectissima Patria, iuri applicando nauant operam. Interim et labor TVVS aliis proderit, quum Ius Cambiale Rigense et extra Patriam scire, saepius necesse sit, et multa satis docte proposuisti, quae ad ius Cambiale illustrandum faciunt. Gratulor hinc TIBI, Generosissime Respondens, de conatibus TVIS, non solum Patriae, verum etiam vniuerso erudito orbi proficuis. Gratulor Venerando Parenti de bene morato doctoque filio, et spe ad euentum nunc respondente. Gratulor etiam Patriae optimae de Ciue honoratiori, qui tales sibi in iure acquisiuit profectus, ut rationem temporis, et sumptuum omnium applausu reddere queat. Quaeuis prospera, Generosissime Respondens TIBI precor. Vale, mibique constanter fave! Dab. d. i. Iul. A. O. R. MDCCLI.








ULB Halle
005 361 842

3







9611

No # 936.
1751, 20.

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA.
S E L E C T A
IVRIS RIGENSIVM CAMBIALIS
CAPITA
E X P L I C A T A,
ATQVE OBSERVATIONIBVS ILLUSTRATA
EXHIBENS.

Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV
P R A E S I D E
IO. GOTTLIEB SIEGEL. D.

IVR. FEVD. PROF. PVBL. ORD. ACADEM. SYNDIC.
CVR. SYPR. PROVINC. ET CONSISTOR.
LIPS. ADVOCATO

D. VIII. IVLII A. O. R. MDCCLI.

H. L. Q. C.

P V B L I C O

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

A. ET R.

IOANNES BALTHASAR DE HÜCKELHAVEN.
EQVES LIVONVS.

LIPSIAE
EX OFFICINA BREITKOPFFIA